Incipit liber de doctrina Cathonis ampliatus per ſmones rethoricos et morales: ꝑ fratrē Robertū de Euremodio monachū claraualliſ.

Generoſe indolis adoleſcētulo petro de ſalucijs Robertus de euremodio monachꝰ clareuallis Seipm ad omne officiū caritatis Tua poſtulauit ſupplicatio quam ſuſcipio ꝓ mādato. vt qui me in rethoricis ſciolum aſſerebas: tibi libellum cuderē. in quo poſſes dcē artis guſtare ꝑmicias. et in familiari colloquio ruditatis grāmatice fugere barbariſmos Ego ſane operepreciū duxi: tuis in hac parte non obaudire iuſſionibus. ⁊ moralem librū viri doctiſſimi in arci cathonis ſuſcepi ꝓ themate. et ſup ſingulis eiuſdē viri clariſſimis documentis: materiam ꝓſayce dilataui. verbis quidem ſimplicibꝰ licet nō penitus a regulis eloquentie inexꝑtis. jn quo primiciarū lacte deguſtato. vſum faceti ſermonis animus iuuenilis paulatim induat. et hac nouitate concepta: ſuccedente tempore et ingenio dilatato: altiora huius artis in poſterum ſuſcipiat documenta

In hoc Cathonis viri moraliſſimi ꝓlogo decem decalogi precepta ponūtur. ſeptem quoqꝫ virtutes contra mortalia ſeptem perpulchre interſerūtur.



LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

ꝓ qñ ego catho in aīō ꝯſiderarē
Cum animaduerterem q̄ꝫ plurimos homīēs
deuiare virtutū hominibꝰ errātibus
grauiter errare in via morum: ſuccurrendum
ꝑ precepta morū putaui
et conſulendum eorū opinioni fore exiſtimaui.
ꝓpter hāc cām hoīēs qꝛ hōr ē ꝑmitiē v̄tutꝫ ꝯſequerēt.
Maxime vt glorioſe viuerent et honorē cōtingerēt
carnalis et ſpūalis modo et ordine
Nunc te fili cariſſime docebo: quo pacto mores
qꝛ v̄tutes ſt̄ in aīā diſponas colligas documēta morū
animi tui componas. Igitur precepta mea ita
tu fili quia
legito vt intelligas. Legere enim et non intelli-
tempꝰ ꝑdere
gere eſt negligere
et honora ip̄m ex tota anima tua
Itaqꝫ deo ſupplica.
carnales et ſpirituales Honora enim prēm et matrē et eris longeuus ſu-
per terram
Parentes ama
ꝯſanguineos vel ꝓximos tuos xp̄ianos q̄ in fide ſunt cognati
Cognatos cole Datum ſerua
impedit oē forū deſcūs denarioꝝ Cū ſcō ſcūs eris cū ꝑuerſ̄ ꝑuerteris
Foro te para Cum bonis ambula
ſecretū tractatū
Ad conſilium ne acceſſeris. antequā voceris
.ſ. a cōcupiſcentia mulierū. qꝛ ſcribitur. beati mūdo corde.
Mundus eſto
hoc multiplicat aīcos i etate vel ſciā locū dā
Saluta libenter Maiori cede Minori parce

ſ3 cū amore    time    .i.oēs res tibi ꝑtinentes
Magiſtrū metue Rem tuam cuſtodi
ṽecūdia ē laudabil' paſſio i iuuenib⁹    ſcrioſus eſto in ope tuo
Verecundiā ſerua    Diligentiā adhibe
bonarū artiū    ſcripturas ames. et vicia carnis non amabis
Libros lege Quos legeris memento
tanq̄ȝ pater ſuā ꝓlem    affabilis mitis et benignus
Familiam cura Blandus eſto
.i. ſine cauſa    q̇ dixerit frī ſuo fatue reus ē ignis gehēne
Jraſci ab re noli Neminē irriſeris
.i. cōcedite vob iuicē    q̄m inhoneſtis nō eſt dandū
Mutuū da Cui des videto
.i. bono et iuſto teſtiōnio    q̄m burſā euacuat et pauptatē inducit
Judicio adeſto    Conuiua raro
quod nature ſufficit    iuramentū tuū debes tenere
Quod ſatis eſt dormi Juſiurandū ſerua
vinū tꝑate ſūptū acuit igeniū    pulchrū ē ꝓ republica mori
Vino te tempera    Pugna pro patria
.i. ſtulte et ſine cauſa    teipm delibera ꝑuſq̄ȝ loq̄ris
Nil temere credideris Tu te conſulte
.i. luxuriā q̇ dilig' ſcortū ꝑdit ſb3    ſeneca Ociū ſine lr̄is mors eſt
Meretricem fuge    Litteras diſce
ꝑdes oēs q̇ loquūt mēdaciū    nā vt dcm̄ ē Cui des videto
Nil mentiri    Bonis benefacito
ita viuas ne maledicaris    Maledicti ibūt in ignē eternū
Maledictus ne eſto
.i. opinionē bone fame de te vel alijs tene    .i. da iuſtū iudiciū.
Exiſtimacionem retine    Equū iudica
q̇ maledixerit prī vel matri mala morte morietur
Parentes pacienter vince
maximū viciū ē ingratitudo. hoc enim luciferū in infernū detruſit
Beneficij accepti memor eſto.

.i.ad tribunal iudicis vt diſcas iuſticiã .i.ſapiens ad dandũ ꝯſiliũ
Ad pretorium ſtato Conſultus eſto
.i.virtuoſe oiã operare nõ occidat ſol ſup iracundiã vrãm
Vtere virtute Iracundiã tempera
recrea te ludo hoẽſto .i.oẽm ludũ inhoneſtũ
Troco lude Aleas fuge
maledictus q̃ ꝯfidit in fortitudine diuiciarũ et viriũ ſuarũ
Nil ex arbitrio virium feceris
q̃ꝫta maior es humilia te in omnibꝰ .i.nec rem cupias alienam
Minorẽ ne contempſeris Aliena cõcupiſcere noli
apl'us. viri diligite vxores vrãs .i.filios tuos fac doceri
Coniugem ama Liberos erudi
ſuſtine penas legis quas tu conſtitueris
Patere legem quã ipſe tuleris
ſapiens paucis innoteſcit verbis. ſtultus totũ ſpiritũ ſuũ ꝓfert
Pauca in cõuiuio loquere
iuſticia eſt p̄clariſſima oĩm v̄tutũ Itẽ nunq̃ꝫ vidi iuſtũ derelictũ ⁊c̃
Illud ſtude agere quod iuſtum eſt
ſcꝫ erga deũ et ꝓximũ tuũ In his duobꝫ mãdatis pẽdet tota lex ⁊ ꝓphẽ
Libenter amorem ferto

Que dicta ſunt a Cathone breuiter ꝑſaice/ãpliore ſtilo ꝓſequit̃ eleganter metrice.

Pura mente deũ tuũ ama

ꝓ qm̄ .i.nrā rō naturał .i.ſcripture ſacre
**Si deus eſt. animus vt nobis carmina dicūt.**
deus .i.a te .i.ꝑncipalit̄ ſuꝑ oiā hōrand⁹ amandus
**Hic tibi ꝑcipue ſit pura mente colendus**

Naturalis racio: legalis inſtitutio. ⁊ cōis conceptio animorum: hoc habet/diſcernit/et precipit. ꝙ vnus credatur deus omnipotens. diligatur cordialiter. et magne venerationis officijs adoretur Qui quidē eſt tanꝙ̄ clauus fixus et ſtabilis. circa quem omnia reuoluuntur. originale ſeminarum omnium entium. omniū rerum primordiale principium. qui iuxta ſalamonis eloquium ōnia diſponit. in numero/pondere/et menſura/comprehendens omnia et a nullo alio comprehenſus. Et vt verbis auguſtini vti liceat. deus eſt intra celum nō incluſus/extra celum nō excluſus: ſupra celū non elatus/ſubtus celū non depreſſus Quia igitur ex eius gratuita liberalitate procedit ꝙ ſumus/ꝙ viuimus/ꝙ mouemur. ſine cuius manutenētia tota natura rediret in nichilū: ſicut ex nichilo eſt creata. Hic igitur deus eſt tota cordis intentione penſandus honorādus ſacrificio: et toto oris iubilo collaudandus. Hic tibi ꝑcipue ſit pura mente colendus Vnde nouus catho.

Lingua paterna ſonat quā dei ſapientia donat
Hec audi fili mentis ꝗ repone cubili
Pronus dei cultū ꝓnū tu dilige multū
Qua ſine cultura nō eſt mens crimine pura.

## De vigilia

.i.magis ſemꝑ vigila .i.dormitiōi qđ plus eſt ꝙ̄ datus
**Plus vigila ſemꝑ. ne ſomno deditus eſto**
.i.longa dormitio q̄ ocia dant vicia dat
**Nam diuturna quies. vicijs alimenta miniſtrat**

¶ Si negligentie torpor deſidioſe mentis hoſpiciũ in-
uaſerit: tunc ꝓſcripta diligentia: ⁊ virtutũ exercitu relega
to: omnis viciorũ turba ſuccedit In ſomnis multis: et pi-
gricie ingluuies: et caſtrimergia/ et õnes viciorũ comites
ſubſequũtur Caueat igit̃ imprudens adoleſcentia/ immo
deratis ſompnis incũbere. ne virtutũ moderatrix tempe-
rantia: patiat̃ exilium Si enim humane vite multũ tem
poris ſpacium p̃beretur: nec cõfectũ ſenio/ nec caſſatum
egritudine: rebus tamen virtuoſis ſublimibus/ ac ſtudio-
ſis exercicijs/ foret impendendum. ne deſidioſa pigricies
ſompnis enutrita diurnis: et nocturnis voluptatibꝰ ſcili-
cet augmẽtata: abortiuũ virtutis pareret. quippe quia ho
neſtatis aditũ ſeparat atqꝫ capiſtrat Nã diuturna quies
vicijs alimenta miniſtrat Vnde nouus catho
Non teneas vane de ſomno ſurgere mane
Longa quies ſomni vicio fit fomes inani

## ¶ Linguã compeſce

ꝑncipalẽ refrenare ſuppleeſſe
Virtutẽ primã puto cõpeſcere linguã
dilectus. ſ. eſt .i. vbi et qñ tacendũ eſt
Proximus ille deo qui ſcit racione tacere

¶ Quiſquis virtutis oſtium nititur introire: aut ſi q̃s
eximijs moribus pollere conatur: lingue ventilabrũ tota
moderatione refrenet. Si quis enim proprio ſenſualita-
tis ductus imperio: oris ianuam oportune et importune/
ad õne verbũ loquacitatis aperiat: mox detractionis val
uas: diſſentionis aditus: ⁊ contumeliarũ iurgia: preparat
et diſponit Imitetur igitur ſapiens nature ſagacis induſ
triam. que linguã in humano capite triplici clauſura reclu
dit. labijs videlicet dentibus/ et palato. ꝑ hoc innuens ſa-
pientẽ paucis contentari eloquijs. ſuꝑffluere verbo non

carere vicio.nam hec vicialis peſtilentia:impetũ malicie
nõ poterit cohibere. Proximus ille deo qui ſcit racione
tacere Vnde nouus catho.
Si cupias pacem linguã compeſce loquacem
Et racione ſile conſiliũ ſi cupis adire

## Notam contradictionis caueto

contemne iã hoc iã illud volẽdo ipi
Sperne repugnando tibi tu contrarius eſſe.
.i.cũ nullo ꝯcordabit diſcordat
Cõueniet nulli qui ſecũ diſſidet ipſe

Cũ dictante rõnis iudicio/ſentenciã veritatis acce-
peris:ſiue fuerit virtutis laudatoria:ſiue criminis inuecti
ua:ſi hanc ad aurem publice multitudinis te contigerit ꝓ
mulgaſſe:ſtabili fundamẽto veritatis infixus:ab hoc tra
mite nulla cõtrarietatis opinione diſcedas Ne varietatꝭ
macula deturpatus:puerilitatis tibi crimẽ ingeras.dum
affirmando et negando cõtraria ponis in eſſe Sperne re
pugnando tibi tu cõtrarius eſſe Vnde nouus catho
Nulli ſe iungit ſua quẽ diſcordia pungit
Qui ſua diuulgat mea vel tua quõ celat

## Aliorũ mores et vitã ne carpſeris

actus et opaciones prauos.
Si vitã inſpicias hominũ ſi deniqꝫ mores
arguis peccãtes null9 hõ ſine pccõ
Cũ culpas alios.nemo ſine crimine viuit

Humane fragilitatis iudicium:has ignorantie tene
bras expitur:vt proprij reatus ignarus:ad alienarum cul-
parum iudicia/ſe frequenter transferat.eo magis confuſio
nis aſſecutus iudicium quo mordaci ſordidatus vicijs lin
gua:aliorum crimina reprehendit. Sicut nempe ille aro-
matibus indiget:qui redolentiam miniſtrare ſatagit.ſic il

lum vicijs cauere conuenit: qui alios facere nititur virtuoſos. attento eciã ꝙ humane fragilitatis labilitate penſata: ille tirannizat in moribus: qui in mortalibus filijs adam cacumina ꝑfectionis morũ inquirit. cũ ſcriptum ſit. Qui ſeruiunt deo non ſunt ſtabiles. et ꝙ in angelis ſuis repperit prauitatem Quis igitur niſi mentis inops: maiora angelis/in hominibus ſtabiliuit Cum culpes alios nemo ſine crimine viuit Vnde nouus catho
Tu qui cuncta notes qui luſtras regna boetes
Non reꝑire potes quos ſine labe notes

## Relinquenda ſunt nociua licet cara ſint

q̃ poterũt nocere dignitates ł officia
Que nocitura tenes. quãuis ſint cara. relinq̃
hoẽſtũ vel bonũ vtile ex̃ns hõrib⁹ vel bonis corꝑalibus

## Vtilitas opibus preponi tempore debet

Quotiens honores diuitie/vel cuiuſlibꝫ rei poſſeſſe peculium/virtutibus inuidet vel ſcandalum. penitus eſt ſine doloris amaritudine deſerendũ. quia nimirũ digniora vilibus/ac maiora minoribus conuenit anteferri. nec ẽ dubium ſapienti: ꝙ quicq̃d poſſeſſori detrimentũ ingerit: ꝓbroſe conquiritur/vtiliter deſeritur/et poſſidetur inique.
Que nocitura tenes q̃uis ſint cara relinq̃ Vñ nou⁹ catho
Omne qđ eſt carũ fore ſi tu credis amarũ
Proijce nec retine ne ſit tibi cauſa ruine

## Gaudete cũ gaudẽtib⁹ ꝫ flete cũ flẽtib⁹

matur⁹ et grauis ridiculoſuſ ł iocoſus vt negociũ req̃rit
Conſtans et leuis vt res expoſtulat eſto
.i. vbi ⁊ qñ oportet ſuos rep̃hẽnſione
Temporibus mores ſapiens ſine crimine mutat.

Si ſapientie fores nitaris ingredi: hãc prudentie regulam in humano conuictu nõ poſtponas. vt videlicet te

ſic rebus accõmodes: ꝙ ſine leuitatis notamine eundem/ ac varium/te diuerſa cõſideracione preſentes. Interdũ ſiquidem ſecundũ factorum exigentiã expedit virilis animi conſtantiam exbibere Interdum vero beniuola rranquillitate potiri // Sicut enim articuli manuũ aliquando producuntur in longum. interdum vero rotantur in orbẽ: ſeu replicantur in palmam: ydemptitate manuũ non mutata Sic itaqꝫ ſapiens cum prudentibus philoſobpum redolet. cum iocantibus laxatur in riſum. cum ſerioſis conſulit. cũ peregrinis loquitur aut ſalutat Temporibus mores ſapiens ſine crimine mutat Vnde nouus catbo.

Leuis ſemꝑ erit ſapiens ſi res ſua querit
Et mores vertet ſic ſine crimine certet.

## // Vxori querulanti nõ facile credas.

ſine cã  tue  .i. mãcipiis tuis  cõquerenti
Nil temere vxori de ſeruis crede querenti
ꝓ quia  maritus ſuus  illũ ſeruũ
Sepe etenim mulier. quẽ coniunx diligit. odit

// Penſata muliebris mutabilitatis natura/ q̃ nunc in iſtũ/ nũc in illũ/ os ſuũ ſtomachãdo relaxet/ Nõ debet vir prudens vxoris ſue machinãtis verbis/ fidem adhibere. Cũ eñ/ vt autor ẽ maro/ Variũ et mutabile ſemꝑ ſit femina: facile fit vt effrenate lingue ſue ꝓcacitas: jurgioꝝ venena euomat. dũ falſe materiã contra quẽpiã concipiat Q. ȯ ſi non attente caueris: ſed tue boneſtatis/ tuoꝝqꝫ mãcipiorũ emule/ morẽ geſſeris: jã iã tibi/ nedũ mancipio tuo: muliebri ritu vocib⁹ blandis ſtruet ꝑiculũ. dũ maxime ſola cogitat/ paleas manu colligit/ terrãqꝫ pede fodit Sepe etem̃ mulier quẽ cõiunx diligit odit Vnde nouus catbo

Nil temere credis vxoris ſepe querelis.
Namqꝫ deus nouit/ vt quos tu diligis odit

## De correctione fraterna

ꝓ qn̄ corripis peccantē peccās .i.corripi
Cum ꝗ mones aliquē nec ſe velit ipē moneri
ille peccans ab incepta correptione
Si tibi ſit carus noli deſiſtere ceptis

Quotiens aliquis in amicitia cōiunctiſſim⁹: laxatis intēperantie frenis vectus equo laſciuie: ꝑ arua viciorꝫ ſeu ꝑ agrū lubrice voluptatis excurrit: Tūc vacandū ſūmopere eſt. vt crebris exhortacionib⁹ facundo ſermone mellitis: amici lingua neceſſariā adhibeat medicinā Si forſan ille/ vt aſſolet/ corrigentis manū dolent̄ ſuſtineat: malens ſuis incūbere fetorib⁹/ ꝙ curationis remediū experiri: n̄ illico debet exhortantis lingua ſilere. ſed ꝯgeſtis rōnib⁹ morbi mollire duriciem. et donec tandē finē optatum ꝑcipiens: non reſiliat ab inceptis Si tibi ſit carus noli deſiſtere ceptis. Vnde nouus catho

Cū moneas carū ꝙuis tibi fiat amarū
Non tamen abſiſtes quin v̄ba monendo miniſtres

## De multiloqua cōtencione

loquaces litigare cōtumelioſis
Contra verboſos noli contendere verbis
a natura omnib⁹ qꝛ ſtultorꝫ numer⁹ ē infinitus
Sermo datur cunctis animi ſapientia paucis

Inter hūane vite cōtagia nichil ſecurius: nulla maior moderatio rōnis: ꝙ ſmones cohibere ſuꝑfluos. et cōtra loquaces/ q̄ inanit̄ garriunt/ temperantie moderantiā obſuare In hoc em̄ nos exꝑientia naturalis edocet Nā ſicut ignis materialis cōbuſtibiliū appoſicione ſuccendit̄ ⁊ eorꝫ ſucceſſiua depoſitione deficit et decreſcit: ſic lingue virus cōtumeliarꝫ blaſphemijs: ⁊ iurgiorꝫ dilatatū iniurijs

nōnunq̄ in fornacem irrefrigerabilis ſuccenſionis aſcen-
dit.et dum verbum verbo quaſi clauus clauo retundi cre
ditur:augetur morbi pernicies.quia iuxta dictum poeti-
cum latet anguis in herbis Conrra verboſos noli conten
dere verbis Vnde nouus catho
Verboſas lites fili cariſſime vites
Multi ſermonē retinent ſed non racionem.

## Tibi proximus esto

amicos l'filios ꝓ carior tibi
Dilige ſic alios vt ſis tibi carus amicus
liberalis in dādo nō ribaldis ne tu paciaris defectū
Sic bonus esto bonis.ne te mala damna ſequātur

Politice vite peritia hoc ſpeciale mandatū obſeruā
cia regulari cōmendat:ne quiſpiā inter homines ꝑpoſte-
rato ordine caritatis:aliena cōmoda ꝓprijs neceſſatibus
anteponat Sic enim ſalomone docente inſtruimur:vt vi-
delicet ꝓpriorꝫ fontiū latices hauriam⁹ primitus.et poſt
modū ipos in ꝓximos diriuemus Sic ſibi nequām et in-
ſipiens:omnibus videtur inutilis Enimuero ꝓficientes
multis et in ꝓprijs neceſſitatibus negligentes:ſimiles fac
ti ſunt inſipiētib⁹/ꝛ ſue ſtodilitatis merito beſtijs ꝯparāt
Sic bonis esto bon⁹ ne te mala damna ſequāt Vn̄ no.ca.
Proſpice ſic alijs vt ſis tibi carus et ipſis
Sic bonis esto caris ne tu mala damna ſequaris

## Ne sis fame cupidus

vanos in diffamiā ſurgētes .i.ꝑmus fictor vel inuentor
Rumores fuge ne incipias nouus auctor haberi
iō iuuenalis ait digito ꝯpeſce labellum
Nam nulli tacuiſſe nocet ſepe nocet eſſe locutum

Si fame preconium dignis relatibus adipiſci con-
tendas:inanes rumuſculos hiſtrionū et narratorias imo

derate ſcurrilitatis ineptias: totis virib⁹ declinato Poſt q̄ enim mentis humane thalamo hec voluptas inſederit: nequiſſimi hoſpitis contagiata veneno: letatur murmure detractione paſcitur/luxurie gratulatur. et ꝯuocato viciorū exercitu: virtutū collegium intercludit Nam iuxta apoſtolū: praua colloquia. mores corrūpūt egregios. que ſi longa obſeruatione conualuerint: facili dimicatione nō poterunt cohiberi Rumores fuge ne incipias nouus actor haberi Vñ nouus catho
Effuge rumores ſimul et nouitatis honores
Nam nulli tacuiſſe nocet loqui quoqꝫ nocet

## In promiſſis nō cōfidas

pecuniā vel aliud tuo creditori.
Rem tibi ꝓmiſſam certam promittere noli
.i. ꝓmiſſa raro ſeruantur habūdant vbis. ſine opibus
Rara fides ideo qꝛ multi multa loquūtur

Cōſtantie turrem ꝓponens aſcendere: et veritatis iudicio redimiri. attēdat humane mutabilitatis fallacias q̄ frequentius incidunt in falſitatis laborintum Cū enim ſcd̄m ſapientem vanitati cuncta ſubiaceant: Et iuxta ꝓphetam vani filij hominū et mendaces: qui in coꝝ pollicitacione confidunt. et ꝓmiſſa dubia ꝓ conſtantibus affirmātes more illoꝝ qui anguillam lubricani cauda ſtringūt non ſine nota infamie a pollicitis ac ꝓmiſſis pariter excludūtur Rara fides iō eſt qꝛ multi multa loquūt̄ Vñ no. ca.
Rem tibi ꝓmiſſam nulli ꝓmiſeris ipſam
Perdit nāqꝫ fidem fit multa locutio pridem

## Te ipm̄ noſce

.i. laudibus extollit .i. iudicabis teipm̄ ſi dignus ſis
Cū te quis laudat. iudex tuus eſſe memento
qui forte adulatores ſunt
Plus alijs de te. quā tu tibi. credere noli

O tu quiſquis in huiꝰ vite fluuio: ymmo ĩ mari mag
no ac ſpacioſo nauigas: hoc in erario memorie ſedula con
ſideratione reponas: ne alienis laudibꝰ intumeſcens plꝰ
extere aſſertioni ꝙ̃ ꝓprio iudicio cõdeſcendas In hoc e
nim ꝓprie fallit̃ humane deliberationis iudiciũ: ꝙ more
oculi corporalis aliena ꝓſpiciens: nõ ſeipm̃ ꝑmittit intue
ri. ſed dum palponũ mendatia: adulatorũ phaleras/et ce
tera ſeductionis miniſteria: aures laudis bibule minꝰ pru
denter attendunt: tunc demulcetur peccator in deſiderijs
anime ſue. et iniquus benedicitur. aut ambulans quidem
in magnis ⁊ mirabilibus ſuꝑ ſe: non teſtimoniũ cõſcientie
veracis inſequit̃. ſed acquieſcit fraudulẽtie falſitatis Sa
ne poſt ꝙ̃ adulatrix loquacitas. miniſtrante fortuna adu-
lationis optata ſtipendia ſibi adepta concepit. fauos lau-
dis dulcifluos conũtet in detractionis aculeos in mom̃to
Cũ te quis laudat iudex tuus eſſe mem̃to Vñ nouꝰ catho
Si quis te laudat nõ huius te gloria vallat
Plus laudatori ꝙ̃ tu tibi credere noli

## Alios laudato

bñficiũ acceptũ hõibus ſi nõ es ingratus
Officium alterius multis narrare memento
hõibus ꝓ qñ tu ip̃e taceto
Atq̃ aliĩs cũ tu benefeceris. ip̃e ſileto

Ingratitudinis ſcelus/copioſum viciorꝝ excercitũ:
ſecum hoc habet in ſua ꝑniciosa oꝑatione p̃cipuũ: ꝙ in e-
mungendis aliorũ officijs/manus extendit productiles
Cuius v̓o ſuſceperit: aut obliuiſcitur/aut retributionis
non meminit: aut/qd̓ deterius eſt/nequiſſime atrocitatis
abuſu ſatagit ĩ datorem. hec ẽ virtutũ tinea/putredo iuſti-
cie/amicitie interitus/et ꝓſcriptio honeſtatis Adũtat
igitur qui in virtutũ gignaſijs conatur ſtipendiarie milita
re: vt beneficentie morem gerens: ſuſcepta beneficia mul-

tiplicet. multiſq; modis inſtanter retribuat. ſi venerande laudis preconio velit decorari Si vero quiſpiam alijs dona gratuite liberalitatis impenderit: virtuoſo ſilentio p̄terire ꝯtendat. ne officiū ꝓpria laude ſordeſcens fructu careat preintento Officium alterius multis narrare memēto Vnde nouus catho

Alterius factum ſit verbis amplius actum
Sed referas nulli/cū tu benefeceris vlli

## Iuuentuti cōdeſcende

qn̄ tu exn̄s iudicas narras
**Multorū cū facta ſenex et dicta recenſes**
.ſ. illa opa ad mcōriā veniāt .i. dū iuuenis eſſes tu
**Fac tibi ſuccurrant. iuuenis que feceris ipſe**

Moris eſt vſitati/vt ſenectus canicie venerāda: acutis demorſionibus feratur in iuuenes. ip̄oꝝ paſſiones et impetus/ſtimulo duriſſime correctionis inuadens: preteriens q; ſub ſilentio quātis voluptatis illecebris: ſua trāſegerint tempora iuuentutis: et quod in ſe diſſimulare cupiunt: in alijs auſu maliuolo crudeliter condemnantes Si igitur iuueniles inſolentias/apto correctionis verbo medicari decreueris: caritatis verbo ſermones delinias: ſeuere preciſionis dolabrum ſuſpendendo. nec non vite tue prioris contagia: cum impetu iuuenili quem corripis cōſideratione compenſes Multorum cum facta ſenex et dicta recenſes. Vnde nouus catho

Cum multos actus meminit facunda ſenectus
Seria fac iuuenis que narrat ſermo ſenilis

## Furtiloquia non cures

non mouet ſe ſecreto cū alio
**Ne cures. ſi quis tacito ſermone loquatur**
.i. q̄ noſcit ſe in culpa vt ōnia dicantur
**Conſcius ipſe ſibi. de ſe putat omnia dici**

In hoc deuiat temere leuitatis ineptia: vt iuxta poe
tam nodum ponens in cirpo/accuſante conſcientia: et tur-
ba ſcelerũ preualente: de aliena cõſcientia temere ſuſpica
tur De quo ſeneca ſic meminit In hoc errat omnis affec
tus: vt in quo ipe inſanit: in eodem putat ceteros inſanire
Si igitur verbi gracia quoslibet hõim videris ſibi mu
tuo ac ſecretius colloquẽtes: nullius ſuſpicionis mordea
ris inſultibus: quaſi tibi detractionis inſidias ꝑpararẽt.
ſub amicitie nomine timorẽ non ꝓferas inimici Cõſcius
ipe ſibi de ſe putat omnia dici Vnde nouus catho
Qui ꝑſcrutatur ſi quis ſermone loquatur
Ille fert ſecũ qd non eſt forſitan equũ

## In die bonorũ nõ immemor ſis malorũ

.i. in ꝓſpitate poſit⁹ .i. cõtraria .ꝓuideto
Cũ fueris felix. q̃ ſunt aduerſa caueto
in cadẽ ꝓſpitate nõ ꝯcordant tpa fortune tpibus
Non eodem curſu. reſpondent vltima primis

Si fortune blandientis amplexus lubricos/et oſcu-
la fugitiua te contigerit expiri: mordaces ipius ſeuientis
aculeos: debita conſideratione formides. nec ab eius blã
dicijs cornua preſumptuoſe temeritatis aſſumas. nã hac
arte malignitatis frequenter vtitur. ꝙ hijs/quib⁹ potiora
munificentie ſue dona contulerit/ipos fraudulenter pro-
mouens/ad ardua dignitatũ oculos toruos ſolite malig-
nitatis inflectit. et cecas eis diſponens inſidias: ſubitam
deſerit in ruinam. et a ſue felicitatis faſtigijs calamitatis
pretendens retbiacula/diſponit in ymis Non eodem cur
ſu reſpondent vltima primis Vnde nouus catho.
Si quis tantus erit felix q̃ ſunt aduerſa cauebit
Si fortune cadunt tunc vltra proſpera vadunt

## Alterius mortẽ non exoptes

p qꝛ incerta citocadens data.
Cū dubia et fragilis ſit nobis vita tributa
licet ſenis licet iuuenis exſiis
In moꝛtem alterius.ſpem tu tibi ponere noli.

Si ſucceſſiue poſteritatis peculium tibi legittime debeatur.quod viuens aliquis/licꝫ de ſenum numero/canonica rōne poſſideat:ſpem cōfidentie certioꝛis in tante dubitacionis negocio non apponas Nam fatalis vite terminus omne genus hominū ampliſſimo ſue ſagene tendiculo potēter includit.nec ſenes deſerens:nec iuuenes frequentius derelinquens. Enimuero dum amplioꝛes vite terminos iuuētus laſciuiens tibi fraudulenter indulges: ecce ſubito feralis moꝛtis pernicies:adhuc parens decrepitus viuēdi gloꝛiā p̄ripit tibi ſoli In moꝛtem alterius ſpem tu tibi ponere noli Vnde nouus catho
Cū tibi ſecura de moꝛte ſpes qꝫ futura
Alterius moꝛtē noli tibi ponere ſoꝛtem

## Paruū munus gratū habeas.

puū donū qn̄
Exiguū munus cū dat tibi paup amicus
gratanter qꝛ nō q̄titas ſed volūtas reſpiciēda eſt
Accipito placide.plene laudare memento

Si gratitudinis ſpeciem oculo debite conſideracionis aſpicias:in remunerandis officijs non tam dati cumulus:q̄ affectionis titulus p̄dicatur Quo circa ſi amicoꝛum quiſpiam munuſculū/leuis ponderis plenum liberalitatis obſequio tibi largiatur:hoc magnifice congratulationis applauſu/ſuſcipere non poſtponas. Alioquin ingratitudinis ſcoꝛeam dampnabili viſcoſitate concipies. Pluris enim cenſet ſapiens dyogenes aque poculum:artiſſimo caritatis officio exhibitum:q̄ creſi diuitias coꝛde lento Accipite placide plene qꝫ laudare memento Vnde

nouus catho.
Si quis forte velit ꝙ amicus pauꝑ habebit
Sumat corde bono ſed laus detur addita bono.

## Qđ mors nõ ſit formidanda

mortẽ mors Mors ẽ vltima linea rerũ dicit Oratius
Ne timeas illam que vite eſt vltima finis.
timet ꝑdit
Qui mortẽ metuit amittit gaudia vite

Viroꝝ illuſtriũ dogma ꝑlucidum: circumſpecta tra
ditione concludit. ꝙ licet vltimum terribilium mors cunc
tis mortalibus imitetur ꝑniciem: nunꝙ̄ tamen ſapientum
animis: cõtinue vexationis dubietatem inducit Quip
pe iuxta ſenecam/natura eſt hominis ſed nõ pena. Et hac
conditione mundum intrauimus: vt exacto modici tem
poris interuallo protinus exiremus. nec eſt formidandũ
multimode: quod nulla poterit occaſione caueri Et iux
ta iuris regulam. quod omnes tangit/debet ab omnib⁹ ap
ꝓbari Si quis vero ſuꝑ hoc aſſidua ſollicitudine meticu
loſe vitam tranſegerit: ſubſiſtendo deficit/viuendo mori
tur Et quaſi in deſperationis nitetur vita lapſum. Qui
mortem metuit quid viuit ꝑdidit ipm Vñ nouus catho.
Dico tibi vere ſi vis de morte timere
Perdere tunc queris quã vitã habere videris

## Pijs monitis acquieſce

bñficijs exhibitis refuudit
Si tibi pro meritis nemo reſpondet amicus
inclamitare cõtra reſtringe
Incuſare deũ noli. ſed teipm̄ coherce

Hoc ꝓprietatis crimẽ obicit viciorum damnoſa ſor
dicies: ꝙ criminum illaqueata compedibus: corripien

tis manum cõgratulanti animo nõ admittit Sed potius ex coꝛreptione deterioꝛ:ex medicamento moꝛbidioꝛ:non nunq̄ curationis abicit medicinam. Dũ igitur tirannus virtutis ſenſualitas:et ꝓpꝛie voluptatis abuſus/qui ſtipẽdiarie ſecum trahunt omnẽ exercitũ vicioꝛũ/hoſpiciolum mentis obſident:excitetur ꝓtinus rõnis imperium/que iuxta ph̄m ſemꝑ depꝛecatur ad optima/⁊ tantis vicioꝛum peſtibus potẽter accurrat. Et tu huius doctrine ſedulis auditoꝛ/ab hoc tramite non reſilias:vt coꝛrectoꝛum monita patienter ſufferas.et vt ire ac blaſphemie ſermones:ex impacientie cubiculo ꝓdeuntes/ſapienter excludas.ſtudio ſapiẽtia ac virtutũ miniſterio te exerce Incuſare deũ noli ſed teip̄m coherce Vnde nouus catho

Si manet obliquus nec pactũ ſeruat amicus.
Non tibi culpandus deus ſed ſemꝑ amandus

## De miſeria humane cõdicionis

nichil tecũ ferentẽ ex q̊ naturans deus
Infantẽ nudum cũ te natura creauit
miſeric pondus pati.
Paupertatis onus pacienter ferre memento

Si creatricis nature ſagaci ingenio dona conferas: Si oꝛtus tui penurias auida ſedulitate ꝑpendas:nullum viuẽtium munus diuiciarum aut foꝛtitudinis cognoſces oculata experientia/in huius vite ſuburbium hominibus attuliſſe. Siquidem et leones a ſue natiuitatis inicio ſe muniunt vnguibus:thauri coꝛnibus/canes acutis dentibus/oues lanis/equi pilis et pedibus. Sed ſolus homo inermis/imbecillus/et impotens/non loquens/non intelligens/non incedens:ad pꝛeſentis vite miſerias ſe ingerit impoꝛtune. Pꝛecogitatis igitur tantis ꝑmene natiuitatis ineptijs:ſi in paupertatis exilium te contigerit oberrare/

que teſte ſeneca odibile bonū cenſetur. ab hominibus/tanti conſideratione miſterij: pacientie clipeum diligēter oppone. non ſimilis factus beſtijs inſipientibus aut agitatē arundini graui vento. Pauꝑtatis onus pacienter ferre memento Vnde nouus catho

Cum ſis inops natus quiſquis nudus qꝫ creatus
Pauperiē grandem vincat pacientia tandem.

## De expenſarū moderamine

ne patiaris defectū rebus tuis moderate
Ne tibi quid deſit queſitis vtere parce
res quas habes .i. ꝙ decrūt et deficient tibi
Id qꝫ qđ eſt ſerues. ſemꝑ deeſſe putando

Aurea virtutū cathena/humanas oꝑationes digēs: mediocribus gaudet/ac ſuꝑflua deteſtatur Nam ſicut in archis ſecretioribus. aceruos diuitiarū peſſula cupiditatis includere cenſetur: nepharium et morbo electū. ſic ꝓdigalitatis ꝑniciosa diſtractio: iuuenilibus deducta laſciuijs/ſubitam ꝓtrahit in ruinam. quā niſi debite correptionis lima/diſcretionis cautela ꝓpulerit: indigētie comites pauꝑtatis ſatellites/miniſtros indigentie/ac demū furtorū ꝑicula/ad ſue habitacionis domiciliū conuocabit. nec mirū/q꞉ extreme deſolationis conſtituetur in arce. Ne tibi quid deſit queſitis vtere parce. Vñ nouus catho

Partius et vteris queſitis qñ frueris.
Et rem ſeruabis quā ſemꝑ deeſſe putabis

## De verborū ſimplicitate.

iā ſine dilacione .i. ſepe qđ fit qñ ꝓmiſſum nō tenet
Quod preſtare potes. ne bis ꝓmiſeris vlli
.i. ne ſis mendax et duplex virtuoſus et verax.
Ne ſis verboſus. dū vis vrbanus haberi

Virtualis conſtantie firmitas/muro vallata fortitu dinis: multifarie multiſqꝫ modis vicium duplicitatis ab horret. vt tanq̄ nepharium reputet: aliquid dicere/et cō trarium meditari. ne contrarietatis alligatus vinculo: et vicioſitatis retbiaculo cathenatus: dum ꝓprie volūtatis arbitriū temeraria deliberacione ꝓſequit᷑: aliq̄d ſpōdēs. et eadē volubili mutabilitate denegās: infamie ꝑcacis me ret᷑ demerita. q̄ redolētis fame ſtipēdia debuerat ꝓmereri
Ne ſis v̄boſus dū vis vrbanus haberi Vn̄ nouus catho/
Bis nō ſponderis qd̓ tu preſtare valebis
Nō ſimilis vento ſed vir bonus eſſe memento/

## Fido ſis fidus. hōi qꝫ ficto. cautus eſto.

fingit .i. orc. ſ. amicū aiō verus
Qui ſimilat verbis nec corde eſt fidus amicus
etiā finge te amicū orc Dolus deludit᷑ dolo. et clauus retondit᷑ clauo
Tu quoqꝫ fac ſimile. ſic ars deluditur arte

Iſta metra ſunt omiſſa/aut ex ſcriptoris incuria/aut ex actoris certa induſtria. maxime cū mandatis dei vidē tur cōtradicere/et fictionis duplicitatē ꝑſuadere. Por ſentencia nō tam apud ſapientes eſt boneſta q̄ apud ple roſqꝫ videtur ꝓbabiliter dicta. ꝓbabile āt putatur vt cla uus clauo retondat᷑/et fraus fraude reſiſtat᷑. qd̓ aſtruit q̄ dicit. Neqꝫ enim lex equior vlla eſt: q̄ necis artificē arte perire ſua Ergo vt piuras merito piuria fallant Exem plo doleat femina leſa ſuo Vnde nouus catho
Laudat adulator ſed nō eſt verus amator
Tu quoqꝫ cōmendas et ei cōdigna refundas

## De adulatione

nimiū dulces laudare
Noli hōies blandos nimiū ſermone ꝓbare
dulciter aucularius
Fiſtula dulce canit. volucrem dū decipit auceps

¶ Iudiciū equilibrate diſcretionis ſtatera penſatum: hoc imperat et indicit: vt nullus conuictus humani particeps: adulationis fauos multiplici cōmendatione diffundat. ne aſſentacōnis ſuſpectus iniuriā in melle acutam: videatur opinione maliuola conculcare / ymmo extrema vicioſitatis abhorrens: et incedens via regia: nec adulationis melle: nec detractionis aceto: linguam polluat colloquentem Alioquin errans in inuio non in via: aut inuidēcie ꝓximus / aut palponi non contrarius / videtur amoris ſcematibus oberrare Noli homines blando nimium ſermone probare Vnde nouus catho.

Non bene credunt̄ nimiū qui blanda loquūtur
Decipiunt̄ aues ꝑ cantus ſepe ſuaues
Vnde etiam Ezopus preclare concordat dicens
Non ſatis eſt tutū mellitis credere verbis
Ex hoc melle ſolet peſtis amara ſequi.

## ¶ De filiorū inſtructione

qn̄ habes liberos et nō diuicias   lucratius   natos
Cū tibi ſint nati nec opes. tunc artibus illos
doce   ſ. illis artibus   .i. lucrari victū et amictū
Inſtrue. ꝙ poſſint inopē defendere vitam

¶ Prothoplauſti preuaricatio / hāc humano generi miſerie deſeruit portionē: vt ſucceſſiua poſteritas ignorācie tenebris: ac concupiſcentie illecebris ligaretur Quocirca debite inſtructionis regulis indigemus: vt illuminato corde contemplatiue vite theoricam capiamus Ea videlicet iuxta apoſtolum que a deo donata ſunt nobis: et actiue vite experientiam non horrentes: in mūdane ꝓcurationis neceſſarijs / pro nobis et ꝓximis conuenientis induſtrie diligentiam apponamus. Et hanc inſtructionis normā: filijs et poſteris conemur relinquere. ne forte inopia et paupertate grauati: in ſui generis im ꝓperiū defluant

importune nec ꝑcurrāt infamē ſemitam Inſtrue quo pn̄t
inopem defendere vitam Vnde nouus catho

Inſtrue pupillos pauꝑ ſi diligis illos
Ne pauꝑtati valeant ſuccūbere nati

## De rerum eſtimatione

vtere fictili tꝙ̄ auro p̄cioſum vtere auro vt fictili reputato illud
**Quod vile eſt carum quod carum vile putato**
in appetendo plura in tenendo nimis bona
**Sic tu nec cupidus. nec auarus noſceris vlli.**

Rei familiaris gubernaculis diſcreto moderamine preſidens: alteritates temporum acuta circūſpectione p̄pendit. vt nec habūdantie tempora ſuꝑflue ꝓdigalitatis iacturam afferant. nec raritatis articulo deſperatione cōcepta: exceſſiuam conſtruant paupertatem. ſed legittime moderationis ſeruata temporis: incedendo via regia/virtuoſe mediocritatis medium ſapiens obſeruabit. nec cupiditatis notatus infamia: non exoſus hominibus: nō virtuti contrariꝰ. ymmo nulli Sic tibi nec cupidus nec auarus noſceris vlli Vnde nouus catho

Carū vile putes rurſus contraria mutes.
Sic nec auarus etiam cupidus nec noto videris

## Illa caueto q̄ alijs cauēda docuiſti

corrigere arguere .i. tu ipenō facies ea.
**Que culpare ſoles. ea ne tu feceris ipſe**
vicioſum correctori ꝓpria.
**Turpe eſt doctori cū culpa redarguit ipm.**

Nichil in humanis actibus verecūdia dignius: nichil magis a virtutis limitibus alienū: ꝙ̄ damnande oſtentacionis obꝓbrio: ad diſcipline precepta linguam laxare magniloquam: et manu miſſa ad aratrum retrorſum aſpicere. et nephandum moribus redolere tirannum. Quid

mõſtroſius monſtrorũ: que deriſibilior irriſio: que maior eneruacio rõnis: ꝙ ducẽ fortitudinem predicare militib⁹ et greſſu retrogrado primus hoſtibus terga vertat: lepo-rine timiditatis melancolia occupatus? Aut ꝙ in erudi-cionis arte ſciolus viciorũ ſcoream ꝓhibere diſcipulis: et deliratõne continua ꝓcũbere in idipm? Turpe eſt docto-ri cꝫ culpa redarguat ipm Vnde nouus catho.

Si culpare velis non culpabilis qꝫ videris
Namqꝫ michi ſordet ſua quẽ doctrina remordet

## Poſſibiles ſint peticiones tue

in veritate ab amico .i. apparet eſſe iuſtũ
Quod iuſtũ eſt petito vel quod videatur honeſtũ
iniuſtũ nemo enim amico grã dꝫ iniuſta facere.
Nam ſtultũ eſt petere. qḋ poſſit iure negari.

Si amicitie regulas/quas morales phi eleganti ſtu-dio condiderũt/diligenter aduertas: nunꝙ turpitudinis macula: aut vicioſi cõſenſus affectio/aut quidpiam aliud/ quod ab orbita virtutũ aberret/amicitie legibus admitti-tur Quippe ſicut celum terrenis: eterna caducis: ſpũa lia corporibus noſtris: ſic virtutes vicijs preferũtur. Nõ igitur indignacionis ſtomachantis prouocetur erroribus: ſi quiſquis de clero vel populo virtutis aduerſarius: ab a mico repudium conſequatur Sed recte diſcretionis exa mine amicitiã: iniquitatis non ligari legibus/diligẽter at-tẽdat. ne ob hoc debere ṽtutis priuilegijs derogari. Nã ſtultũ eſt petere quod poſſet jure negari Vñ nouus catho

Exige rem iuſtam ſi nõ cupis inde repulſam.
Non eſt donandũ quitꝗ ſtat jure negandũ

## In dubijs nõ cito diffinias

quẽ tu nõ noſcis ꝓferre i grã quos noſcis.
Ignotũ tibi tu noli preponere notis.

.i.q̄ noti ſē .i.exꝑiētia ēta .i.cognoſcūtur noticia caſuali
**Cognita iudicio conſtant incognita caſu.**

Humani conuictus mores ambiguos diligenter attendens/per facile experitur: q̄ penſata humane mutabilitatis natura: iuxta ſapientem non eſt credendū omni ſpiritui. non virtues ſe eſſe vicia mentiuntur Equidem fallaci commertio hedi ꝓ agnis: amara ꝓ dulcibus/et turpia pro honeſtis/frequentius ꝓpinātur Quamobrem vt fallacie latibulum/incaute dubietatis paralogiſmo euitetur facilius: et cautius declinetur experientia duce/que cenſetur optima rerum interpres/nunq̄ certiora poſtponātur dubijs. ne deteriora cōtingant releuato euentus ꝓſperioris applauſu. Cognita iudicio conſtant incognita caſu.
Vnde nouus cathō
Cognita priuatis nunq̄ vos an̄feratis
Nam priuata ſedent extranea caſibus herent

## De noſtre mortalitatis incertitudine

q̄r ſubito mutat̄ de gaudio in triſticiā de bono in malū
**Cū dubia incertis verſetur vita periculis**
ꝓ merito mḡno ſi bn̄ vixerꝫ vitā vnius diei q̄m̄ ad laborē naſcimur
**Pro lucro tibi pone diem. quicūqꝫ laboras**

Generalis huāne neceſſitatis calamitas a ꝓthoplaſtorū criminibus diriuata. nos in funiculum duplicis neceſſitatis includit. nā rōnis iudiciū ignorantie tenebris nititur offuſcare. ⁊ multiplicis egeſtatis miſerijs valitudinē corporis inſcludit Cui morbo duplici duobus remedijs conuenienter occurrimus. videlicet exercitato animo per ſtudiorū ſollicitudinē: ignorantie cecitatem depellimus. ⁊ ꝑ diſcrete circūſpectionis cautelā/corporalis vite neceſſaria ꝑquiramus. ne ſi primū defuerit beſtijs ſimiles: non liceat ꝑſpicue lucis archana conſpicere Si vero ſecundum non affuerit: impacientie baculo vehemēter attriti: in cō-

fuſionis ac doloris amaritudine/etatis noſtre tẽpora tranſigẽtes: dies lugeamus et horas Pro lucro tibi pone diẽ quicunqȝ laboras Unde ouidius.

Omnia ſunt hominũ tenui pendentia filo
Et ſubito caſu que valuere ruunt
Ludit in humanis diuina potencia rebus
Et certam pñs vix habet hora diem.

## Non ſis victorie cupidus.

ſociũ in aliquo dono a deo dato vel labore acqſito cã amicitie
Uincere cũ poſſis interdũ cede ſodali
therẽtius obſequiũ amicos veritas odiũ parit
Obſequio quoniã dulces retinentur amici

Amicicie ꝓpriũ eſt ſubiecta plurima volũtatis ydẽp titate ꝯiungere. nullius cõtrarietatis repugnantia colluctante Si igiẗ indiuidualis amicitie participiũ quidquam attigeris: nullo dominationis ambitu: nullo jurgiorũ ſtrepitu/eius animũ ꝓuocare contendas. Quotiens enim relegato parilitatis federe: ſuperioritatis iura popoſceris: ꝓtinus fedus corrũpitur/tepeſcit amicitia/et iam diſſenſionis materia ꝑparatur. ymmo potius vt ꝑpetuis alligata cathenis amicitia ꝑmaneat incorrupta: nutriatur obſequijs/humilitate paſcatur/veſtiatur pacientia/nec amico ſe preferat. ymo magis ſubici ſtudeat atȝ vinci Obſequio quoniã dulces retineñ amici Unde nouus cacho

Cede ſepe pari q̃uis poſſis ſuꝑare
Hoc ideo dico quia ſic eris aptus amico

## Danti tibi: hylariter redonato.

nõ erit dubiũ qñ tibi dari ab aliquo dare
Ne dubites cũ magna petas impendẽre parua

.i.dādo et retribuendo donū gratuitū

**Hȳs etenim rebus coniungit gracia caros.**

Auaricie cecitas/et dānande ambicionis cupiditas volubilem humane cōditionis diſcraſiam: in abuſum tante temeritatis impellunt: vt ab amicis exigere plurima et pauca impendere videantur. quod quidem ab amicicie legibus extraneū: pegrinum a moribus/et a rōnis tramite creditur alienum. Perpendat ergo ſapiens cum pximo ſe equali diſcretionis libra penſari. et ſi pprijs inhiās commodis: alienas copias vehementer affectat: alienis non deneget modice vtilitatis commoda imptiri. ne moleſto notetur puerbio alienas videlicet metiri ſegetes: et cōuicinis propria tranſitum phibere per arua Ne dubites cū magna petis impendere parua Vñ nouus catho

Debes parua dare cupias ſi magna rogare.

Audio ſic dici dando retinentur amici

## Cauete litem cū amicis.

cū illo hrē aut facere .i. cū quo habes amicitiā

**Litem inferre caue cū quo tibi gracia iuncta**

inter amicos paſcit cauſat

**Ira odiū generat. cōcordia nutrit amorem**

Obſeſſa moleſtis hoſtibus ciuitas: nūq facilius corruit in ruinā: q ſi valuarum apertio nulla cuſtodū oportunitate defenſa: inſidiantib; pateſiat Sic aīe virilis diſcrecio: aereis ppulſata poteſtatibus/et varijs temptacionū machinamentis: nuſq celerius ſeducitur/aut familiarius captiuatur: q ſi iracundie temeritas/laxatis immoderancie frenis ebuliens: ad jurgiorum ſeminaria/opprobrioꝝ diſcordias/ſe precipitanter inclinet. Ira quidem virtutis nouerca/amicitie ſiccaria: et aduerſaria honeſtatis extinguit temperantiam/ciuilitatem interimit. et nodū ami

cicie ſoluens:conuiciationē attrahit et horrorē Ira odiū generat concordia nutrit amorē Vnde nouus catho
Semꝑ deuites cū caro ponere lites.
Lis odiū gignit caros concordia ſtringit.

## De humana pietate circa famulorū defcūs obſeruāda

tuorū delictū diſplicētia cogit
Seruorū ob culpam. cū te dolor vrget in iram
tu .i.tēpa te ſeruis et mācipijs
Ipſe moderare tibi. tuis vt parcere poſſis.

Si temperantie frena retinens:caſtigationis nodo cobibeas impetum voluntatis:ſeruorum tuorū delinquē cias facili moderamine pertranſibis. Nam iuxta ciuilis legis edictum:in omnibus bene agere/et in nullo deuiare diuinū eſt potius ꝙ̄ humanū. miſericordie igitur memor eris ſuꝑ aliene culpe diſpendio. cum in temetipo crimen ꝓpe fragilitatis agnoſcis. Ipſe tibi moderare tuis vt par cere poſſis Vnde nouus catho
Si tibi ſeruorū fert iram culpa tuorū
Parce ſub meſto tibi tu moderabilis eſto

## Quos vincere poſſes ſuſtineas patienter

ꝑ tuā vim et ꝑtātem qn̄ꝗ aliquē .i.ꝑ pacientiā
Quē ſuꝑare potes interdū vince ferendo
greg͂.paciā vitā tꝑat. linguā refrenat mentē gubernat
Maxima etenim morū ſemꝑ pacientia virtus

Si iniurie contumacis repugnantias /oppoſitionis gladiū turbulenter obijcias:rumpetur ciuilitatis vnio. et flāma ſtomachantis iracundie ſuccendetur Refrenan dus igitur eſt in hijs motibus ꝓprie voluntatis impetus.

et clipeo potētis cōſtantie cōtegendus Si enim ꝑcacis iniurie flāma ſuccreſcens: amicoꝝ quempiā ſtimulo teme re cōtradictionis inuaſerit: tantam contumeliarū ſiluam precipitanter adducet: ꝙ ſubſequentis morbi rabiem ſa nare nō poterit balſamū/neqꝫ mirtus. Maxima etenim morū ſemꝑ eſt paciencia virtus Vnde nouus catho

Sepe pati preſtat qui ſuꝑabilis extat
Nulla valet tantū virtus paciencia ꝙ̃tum

## De prudenti bonorū cōſeruatione.

custodi illa bona acq̄ſita
**Conſerua potius q̄ iam ſunt parta labore**
.i. q̄n q̇d labore acq̄ritur ꝑditur ducens ad mortem
**Cū labor in damno creſcit mortalis egeſtas**

Racionis induſtria preſcripta cōſuetudine precipit et obſeruat/a cuiꝰ orbita non deuiat expientia naturalis/ ꝙ in rebus humanis ea cōſeruamus: que ampliori fuerint exercitacionis labore queſita. Nam ſi momentanea pro digaligate ꝑeant: que venturis ꝓfutura vſibus/non ſine magnis vtriuſqꝫ hominis diſpendijs ſerioſe congeſſimꝰ/ ſubſequetur mendicitatis opprobriū mentes noſtras re linquens flebiles atqꝫ meſtas Cū labor in damno eſt creſ cit mortalis egeſtas Vnde nouus catho

Plus cōſeruabis que cū labore parabis
Cum labor ipe perit pauꝑtas ledere querit

## De liberalitate in dapibꝰ obſeruanda

.i. liberalis in dapibꝰ et ꝯuiuijs
**Dapſilis interdū ſis notis et caris amicis**
h incipe ꝯſtructoꝫ .i. diues ſis nemo ſibi ſecūdus
**Cū fueris felix: ſemꝑ tibi proximus eſto.**

Attenta varietate tēporis et ꝑſonaꝝ qualitate preui ſa: nūc ꝓfuſioribꝰ eſt vtendū ſumptibus: nūc moderatius

reſtringendū. vt in omnibꝫ recte circūſpectionis modera
cōne penſata: nō videaris ſupfluus vel auarus Hecāt oiā
puidēs/caritatis ptermiſſo ordiē: liberalitatis tue copias
nō ſic effūdas in alios: vt poſtmodū tarde penitēs videaris
egere/ p pñia ſerotina. tandē recolēs te pūtiſſe rōnis ordi
nē corde meſto Cū fueris felix ſp t̄ pxim⁹ eſto Pñ no. ca.
Interdū notis tribuas et ſuffice notis
Ac tibi ſemp eris carus cū diues haberis

## De diuerſis hominū ſtudijs

terre cupis culturas
Telluris ſi forte velis cognoſcere cultus.
in georgicis p magis noſcere ſtudes cupis
Virgiliū legito: qui ſi mage noſſe laboras
naturas ille liber deſcribit eas
Herbarū vires. macer tibi carmine dicit
cōtra alias puincias cōtra carthaginenſes
Si romana cupis et punica noſcere bella
poetā dei bellorum deſcribit
Lucanū queras qui martis prelia dicit
aliquā placet ab aliqua ſtudendo
Si quid amare libet vel amari diſce legendo
.i. ouidiū i de arte amādi .i. ſed ſi is anim⁹ tibi ſit
Naſonem petito: ſin autē cura tibi hic ſit
.i. p ſapiāꝫ q̄ eſt pcioſior cūctꝫ opibꝫ et oēs theſauri nō valent illi cōpari
Vt ſapiens viuas. audi que diſcere poſſis.
.i. remotū tps eternū
Per que ſemotū vicijs deducitur euū.
pſens ſis p quā reges regūt et ōnia diſponunt
Ergo ades et que ſit ſapientia diſce legendo

Spiritusſancti gracia ſeptiformis/ hominib⁹ varia ſue liberalitatis dona diſtribuēs: ad multiplicitia exerci-tacionū ſtudia nos iclinat Aliū quidē agricultura delcāt.

cuius peritiam virgilius in bucolicis veneranter effatur. Aliū vero arte medicinali ꝓmouet. vt cognitis herbarū viribus: facilem humanis corporibus exhibeat medicinā ⁊ hanc macer facili carmine patenter oſtendit Aliū hiſtoriarū/et rerū bellicarū noticia decorat. q̄tū laudis putas ſit: multorū ſeculorū res ſcita dignas/memoriter noſcere/ ⁊ exemplū illuſtre ad oēm caſum ꝓferre? Si igitur romanorū bellica geſta ſcire cupias: lucanū punica bella canentem ſtudioſe legas Si quis vero furijs agitatus letalib⁹: veneree seductionis gimnaſiū nititur introire. huius deluſionis regulas Ouidi⁹ eligiaco carmine declarau'. Quiſquis aūt premiſſis hijs omnib⁹ decreuerit feliciter agere: vitam polire morū ſcematibus: et virtutū ſplendoribus redimire: frequentis erudicionis regulis aures inclinet dociles: ꝑ quas ſublime virtualis eminentie cacumen attinget. viciorū monſtrum deſerens ſordidum et obſcenum.

Per que ſemotū vicijs deducitur euū Vn̄ nouus catho.
Terre culturas quas ſi cognoſcere curas
Ecce tibi maro deſcribit carmine claro
Si mage naturas vis cognoſcere quoq꜒ curas
Herbarū vires ſic macrū q꜒ requires
Qꝫ ſi ſudares belli cupis atq꜒ labores
Lucanus dicit que ceſar prelia vicit
Si veneris mores requiris et eius amores
Ouidiū queris qui carmine dicit amoris
Sed nunc quis erit ſapiens qui viuere querit
Aſſit et hec diſcat vicijs ne vita faciſcat.

## Omnibus ꝓdeſſe nō deſinas.

i dignitate poſitis hōib⁹ cōmodare
**Si potes ignotis eciam ꝓdeſſe memento**
ꝓ vtile ē· ī in regiē poſito ꝑ merita et bn̄ficia
**Vtilius regno meritis acquirere amicos.**

Nullū certius repitur bonitatis iudiciū: ꝙ data de-
ſuꝑ diſtributionis donaria multiplicare ꝙplurimis. ⁊ cō
municatione beniuola liberaliter elargiri. nam et hoc na-
ture conditoꝛ deus nobis oſtendit euidentius/et mirabi-
lius operatᷣ. qui multiplices ſuarū diuiciarū aceruos: nō
in archis tutioꝛibus peſſula cupide voluntatis recludit.
Sed magnifica largitate diſtribuit et effundit Nam iux
ta ſcripture teſtimoniū: ſolem ſuū facit oꝛiri ſuꝑ bonos et
malos. et pluit ſuꝑ iuſtos et iniuſtos Imitans igitur tan-
te veneracionis artificem: nedū in amicos ⁊ beniuolos te
ſtudeas pꝛebere beneficiū: nam ſic fame pꝛeconia et virtu
tis pꝛemia conſequeris. ⁊ amicoꝝ numero nonnullos ſuſ-
cipies in amicos. quos pꝛimitus habueras inimicos Uti
lius regno eſt meritis acquirere amicos Vñ nouꝰ catho
Pꝛoſis iguotis et nō ſolūmodo notis.
Rex eſt mendicus cui non eſt vllus amicus.

## Non alta ſapere cōcupiſcas

dimitte ſecreta .i. celeſtia
Mitte archana dei celū inquirere quid ſit
tu altioꝛa te ne q̄ſieris d. ſapiens
Cum ſis moꝛtalis q̄ ſunt moꝛtalia cura

Mundane ciuitatis politia tūc iuſtis legibus agitᷣ:
et rōnis moderamine gubernatur: cū vnūquodqꝫ entium
ſue inſtitucionis methas non deſerens: ad altioꝛa ſe ⁊ ſibi
imꝑtinentia non erigitur impoꝛtune. Non igitur conten
dat humane defectibilitatis imbecillitas: ſuꝑuacue inda
gacionis moueri ſcrutinio. aut varia curioſitate turbari.
vt ad diuinoꝛū ſecretoꝛū abſcondita cupiat aſpirare. aut
varijs falſidicoꝛū vel diuinationū ſuſpicijs/et ſponſoꝛibꝰ:
aures credulas exhibere Nam ſcripturis diuinis indici
tur: ꝙ ꝑſcrutatoꝛ maieſtatis oppꝛimetur a gloꝛia. Et oꝛe

ꝓprio veritas in euangelio intonat: non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta: que pater poſuit in poteſtate ſua. Hoc etiam indicit cōis animorū conceptio: q̄ is qui in creatione ꝓprio fretus arbitrio: ꝓut voluit omnem creature ſpeciem ꝓduxit in eſſe Sic in eius regimine ac manutenē cia: nullum nature create conſilium depoſcit adeſſe. nulla ergo conſideracionis indagine: niſi decipias precognitionis oculum dirigas ad futura. Cum ſis mortalis que ſunt mortalia cura Vnde nouus catho.

Et ſecreta poli curas extendere noli
Cum ſic tractatur quid ſit mortale curatur

## Q͞ꝛ mors nō ſit timenda

relinque timorē mortis — .ſ. timere mortē
Linque metū leti. nam ſtultū eſt tempore omni.
.ſ. nimis — pdit — Cōtra ē Memorare nouiſſiā tua
Qui mortē metuit. amittit gaudia vite.

Mortalis humane vite ſeries / hac cōditione ſtadiū terrene conflictionis ingreditur: vt tandem aliquotiens libens vel inuite diſcedat In quo quidem agonis examine ſic pugnandū eſt viriliter: ſic fortiter dimicandū: quaſi momentis ſingulis deberet huiuſmodi preliū terminari Sane illuſtribus animis hec ſeparatio non eſt metuenda ſummopere. quia iuxta ſenece ſentenciam: hac conditione mūdum intrauimus / vt aliquotiens exiremus. et ideo natura hominis cenſetur eſſe / non pena. a cuius generalitatis participio / nullus mortalium meretur excludi. Virtualis ergo perfectionis integritas. vitam hanc dignitatis prerogatiua nobilitans: future felicitatis primicias deguſtādo / mortis pauorem abijciat. ne vite preſentis inducie / dū cōtinuo timoris mordetur aculeo / tranſigantur in miſeria et in lite. Qui mortem metuit amittit gaudia vite Vnde nouus catho.

Mortis linque metus vt poſſis viuere letus
Stulticiam ſeruas ſi vite gaudia perdas

## In ira de nullo contendas.

.i.tu paſſionatus litigare
**Iratus de re incerta contendere noli.**
pturbat paſſio rõnē videre
**Impedit ira animū. ne poſſit cernere verū**

Dum iracūdie furor ebuliens: tanq̄ hoſpes im.pb⁹ archana mentis inuaſerit: tunc anima ꝓprio viduata priui legio/et diris ſenſualitatis vinculis alligata: recte delibēa tionis iudicium non admittit. ſed potius bella concipit. in tonat iurgia. et contumeliarum ſeminaria ore procaci diſ tillat. Uerū tanto ſeuientis diſcretionis naufragio: nō ex pedit in conſilijs vſurpare deliberacionis officium. ſeu in iudicijs ſentencie calculum promulgare. donec paulatim relegato tāte acerbitatis hoſpite: anima tandem propria libertate potita: in priſtrine amenitatis tēperiem reparet. Alioquin ſi ſecus fieret diſtorte conſultationis vocē adde ret. ac iudicium contumax atq̨ ſeuerum Ira impedit ani mū ne poſſit cernere verum Unde nouus catho
In nullis rerū videt iracundia verū
Et dubia cauſa certare neq̨ ſit cauſa

## De ſumptuū et expenſarū honeſtate

.i.impenſas qñ oportunitas reqrit
**Fac ſumptū ꝓprie dum res deſiderat ipſa**
liberaliter .i.vbi.qñ.et q̇bus.op̨
**Dandū eſt aliquid dū tempus poſtulat aut res**

Tanta rebus humanis adheret mutabilitas: q̄ in hijs nulla poteſt diutine parilitatis adequatio reperiri.

Q.ua pp̄ter licet pdigalitatis vicium bonis aduerſetur moribus. nōnunq̄ tn̄ cū negociorū et neceſſitas temporis hoc inducunt: pleno cornu vacandū eſt ſumptibus. et tūc virtuoſe aggredieris. de quo alias ſi deeſſet caſus neceſſitas: ſupfluitatis vocabulū reportares Quādum ē aliquid dum tempus poſtulat aut res Vn̄ nouus catho

Fac cito qđ debes qn̄ diſponere debes
Sed cū debebis p tempe rem qz videbis.

## De ſociorū offenſione precauenda

pudorē et ſcādalū ſocioꝝ tu .i.occultare nō reuelare
Qđ pudeat ſocios prudens celare memento
q̇ nō ſciebant rephendant qđ tibi ſoli notū fuit
Ne plures culpent id qđ tibi diſplicet vni.

Naturalis legis inſtitucio/cordibꝰ humanis caracteris indelibilis annotacione confixa: reciproce caritatis poſtulat vniouem. indicens ſingulis: q̄ in quibꝰ ſe deteſtātur offendi: alijs offendiculum non immittant. Hanc iuſtiſſime ciuilitatis legem vehementer impugnāt deriſores et inuidi. qui ſui pprij reatus palliantes malicias: contra pximorū culpas detractionū armant aculeos. et irriſionis iaculis aliene fame preconiū lacerant et impugnant. Pone igitur cuſtodiam ori tuo. et ne omnibus odioſus appareas ſcandalizatis proximis: linguā maliloquaz prohibe et premuni. Ne plures culpent id quod tibi diſplicet vni Vnde nouus catho

Prudens celabit q̄ amicis turpe putabit.
Nam culpent plures qđ ſolus pandere cures

## Mediocribus contentus eſto

therē. valde vtile in vita. ne qđ nimis Oratius Tuta et puula laudo
Quod nimiū eſt fugito. puis gaudere memento
ſecura ē magis paruo nauigat
Tuta mage puppis modico q̄ flumine fertur

Nature ſagacis ꝯſiderata temperies/que iuxta quē dā ſapientem paruis minimiſqꝫ cōtenta eſt/omnē ſuꝑflue curioſitatis voluptatē denegat ⁊ abhorret. vt nec in corporis ornatu pompoſitas:nō in geſtu wltuoſitas:non in ferculis guloſitas:nec feralis timiditas appareat in cōuictu. Si ſecus egeris:limites moderate rōnis excedēs:hominibus cōſtitues ſcandalum virtutis exiciū.ne nouiſſime te reperies aduerſarium tibiipi. Ampliora ergo et maiora te iuxta ſapientis conſilium ne queſieris.et abuſus rotante fortuna ruinam furtiue deſolacionis adducat.ſꝫ paucis leta mente contentus:eo magis vtere quo in exiguo fluminis alueo ſecurius nauigatur. Tuta magis puppis eſt modico que flumine fertur Vnde nouus catho

Tu modicū ſperas nimiū fugiendo repellas
Fit ſecura magis in paruo flumine nauis

## Ex iniquitatib⁹ ꝓſperari nō confidas

valerius Lento quidē paſſu deus ad vindictā ꝓcedit

Nolo putes prauos homines pccā lucrari

p aliquot tpa occultāt manifeſtantur

Temporibus pccā latent et tempore patent

Si diuine diſpenſationis ſeries:nullis humane conſiderationis incluſa limitibus attendatur efficatius:et crebre ſpeculationis oculo ꝑpendatur:nullam ingētioris admiracionis dubietatem reperies:ꝙ conſiderato vite preſentis ſtadio:nonnulli laxatis frenis laſciuie:ꝑ areā ꝓprie voluntatis aut verius voluptatis excurrunt.vacantes ociis/teterrimis implicati deſiderijs/nichil licitum/ſed omnia ad libitum facientes. Et hij quidem vt in plurimū ſublimātur honoribus:iocūdantur diuicijs Et in totius humane congratulacionis gloria ꝓſperantur Uleꝝ impꝑſcrutabilis precelſe diuinitatis oculus attingens a fine vſqꝫ ad finem fortiter.dum ſolite longanimitatis paciencia laurea

tus tot largiflue liberalitatis donaria ſenſerit ingratitudi
nis demerſa naufragio: et debitis officiorū carere ſtipen-
dijs: ac peccatorū animū ad tantam deueniſſe veſaniam:
vt ſui largitoris immemor: preſumptiua temeritate ſeduc-
tus. ſuis acerbat meritis. quod reuerenter offerre debue-
rat donatori. mox tantis iniuriarum conuicijs exacerbata
diuinitas: abiecto pro te late pacientie clipeo: vt in tāti re-
atu ſceleris/nec pacientia victum. nec beneficijs emollitū
gladium diſtricte ſeueritatis exacuit. ⁊ cōmutans iuſticiā
in iudiciū: vbi peccator longioris vite mora: et deſiderijs
anime ſue temerarie credulitatis voluntate confidit. repē
tinus interitus ſupueniēs omnē optate ꝓſperitatis termi-
nū intercludit. Et iuſtiſſimo quidem equitatis iudicio a-
gitur: vt qui indultum tempus ad veniam. ad diuine ma-
ieſtatis iniuriam retorſit. extrema ſue vite tempora careāt
beneficio creatoris. Et hāc diuine animaduerſationis
regulam: omnes filij adam meticuloſo mentis ſcrupulo:
ante cordis oculos frequenter ſtatuant. et in ſue memorie
ſecretarijs diligenter exarent Temporibus peccata latēt.
et tempore patent Vnde nouus catho
Abſit opinari prauos pccā lucrari
Primo ſe celant pccā deinde reuelant

## De homōcionibus

Statius Maior in exiguo regnabat corpore virtus
**Corporis exigui vires contempnere noli.**
et prudentia ille pius lucet .i. vires corpales
**Conſilio pollet cui vim natura negauit**

Spinarum preacuta denſitas/roſei floris amenita-
te letatur. et teſtea nucis duricies nuclei dulcedinem pru-
denter abſcondit. Et nōnunꝙ lutea vaſa figuli precioſis
aromatibus ꝑfundūtur Sic ꝑ ſepe humane generationis
abiecta corpora indecora: effigea membrorum compōne

diſſormia: inſignioris anime titulis decorantur. Porro huius iacturam diſpendij ſapiens breui dolore compenſat Nam dum in ſubiecto hominis ſapientia preſidet: virtus obſequitur: ⁊ racio tanq̄ familiaris vernacula comitatur: corporee molis pauperiem nō lugere expedit. Nam ancille deformitas in patriſfamilias domo toleratur facilime. vbi domina immenſi decoris ſcemate radiauerit Cōſilio pollet cui vim natura negauit Vnde nouus catho

Ne reputes viles in paruo corpore vires
Ingenio pleno ſors viribus extat egeno.

## Maiori cede. etiā pari et qñqȝ inferiori

noueris — in robore vel fortitudine — ſꝑ. illi
Quē ſcieris nō eſſe parem tibi tempore cedi
q̇ victus fuit — vinci
Victorem a victo ſuꝑari ſepe videmus.

In corꝑalibus exercicijs/in collacionibus ⁊ ſtudijs: non ſemꝑ expedit potenciorem/victorie prerogatiua potiri. ſed nonnunq̄ poſteriorem ſe fingere in certamine/qui ꝑor poterat inueniri. ne dum ſemper in alios dominacionis imperiū vendicare nitit̄: interdū exoſus pluribus ⁊ multipliciter prouocatus: eo ſuccūbat vilius/quo a victo fuerit ſuꝑatus Et hoc vincēdi genus retrogradū nos oēs gñaliter videmꝰ Victorē a victo ſuꝑari ſepe videmꝰ Vñ no. cath

Spernere tu noli quin cedas ſepe minori
Et qui victorē tenuit iam victus honorem

## De omni cōtencione fugienda

amicū tuū — litigare
Aduerſus notū noli contendere verbis
maxima diſcordia — ſicut ignis creſcit ex lignis
Lis minimis verbis interdū maxima creſcit

Ignis materialis facili palearũ aduſtione ſuccendi-tur. cui ſi lignorũ ſtruem crebra repeticione frequenter ap-ponas: in atrociam flammarum indelibilem conualeſcit. Sic in amicorũ conuictu modica iniurioſe vocis ſemina-ria in contumelias pullulant. vinculis amicicie perpetuo diſſipatis. et hoc malo nichil ſapienti deteſtabilius: vt the-zaurus incõꝑabilis ſummi laboris artificio conquiſitus: rumuſculis vnius momenti deꝑeat. et ꝓuocata iniurijs a-micitia iã in amicũ/gladiũ hoſtilitatis acuit dũ crudeſcit. Lis minimis v̾bis interdũ maxima creſcit Vñ nouꝰ catho
De verbis paruis creſcit lis vſqꝫ ſub armis

## De fuga inuidie

cũ magna diligentia
**Inuidiam nimio cultu vitare memento**
inuidia inuidiã pati graue
**Que ſi non ledit. tñ hanc ſufferre moleſtum**

Puſillanimitate dep̃ſſa pauperies/ꝓſperitatis in-digna/et emula honeſtatis: dũ aliene ꝓſperitati dolenter inuidet: ꝑmos in ſemetip̃a ꝓprie malignitatis aculeos ex-perit̃ Nõ enim diuine legis impio vlla ſanctio repit̃ equi-or: q̃ꝑ iniquitatis artificem ſue inuẽtionis legibus interire Anxiatur equidẽ ſenticoſi liuoris attactu. et attẽdit aliq̃s ꝓſperari ſuas reputans iniurias Et quicq̃d alteri p̃conã-tis fame cõtigerit: reputat ſibi noxiũ et infeſtũ Que ſi nõ ledit tamen hanc ſufferre moleſtum Vnde nouus catho.
Inuidie cultũ fugias cariſſime multum.
Mentem liuor edit ſi non in tempore cedit

## De ſortilegijs et diuinacionibus

facere ſortilegio
**Quid deus intendit noli ꝑquirere ſorte**

facere p̱ ſuã ſapiãm  .i.ſine tuo conſilio

Nõ ſtatuit de te. ſine te delibérat ipe.

Si diuine maieſtati latrialis reuerencie obſequium prebere ſtudeas: tante ſupſtitionis macula a tue volunta-tis affectibus ſecludatur: vt diuine voluntatis aut diſpoſicionis circa futura contingentia oneroſus explorator ex-iſtas. ne in illud maledictũ moyſayce legis icidas Beſtia que tetigerit montẽ lapidibus obruetur Seu in illud comminatoriũ ſapientis Contemplator maieſtatis opprimet a gloria Quod enim amplioris demẽtie reperitur indiciũ q̃ vile patriſfamilias mancipium/et eius redemptum nũ-miſmate: et ſpeciali gracia manumiſſum/in tantam preſũpcionis erigatur arrogantiam: vt parilitatem dominacõis aſpiret. anbelans inuito domino/vt ſecretarius conſcius babeatur. Uerumptamen nonnulli mortalium/eo de-terius quo contumacius iugum deitatis abiciunt: dũ abu-ſiue mentis proteruia/ydolatrie veſaniam ſimiantes/ma-gos conſulunt et ariolos. caracteribus et figuris intendũt reſponſis demonum/et phitonum ſtridoribus veritatem coniciunt futurorum Alij vero ex garritu auium/et extoꝝ intuitu/a motu membrorum/et a muliercularum aſpectu/ab igneis piramidibus/ab aquarũ gurgitibus/a lineis manuum/noticiam decerpere moliũtur. in diuine maieſtatis iniuriam ſeminarium reuocantes ydolatrie/et contrarias crimínoſe affectiones aſſequentes. Unde nouus catho

Quid deus ipe velit cur ſors tua diſcere querit.
Te ſine diſponit quicq̃d tibi reddere nouit

## De animi fortitudine in aduerſis et iniquis iudicijs obſeruanda

tu constanti a iudice iniuste

**Eſto animo forti cū ſis dampnatus iniq̄.**

nullus etiā nō dampnatus

**Nemo diu gaudet qui iudice viuit iniquo**

Cum violentia iuſticie pſecutrix/te precipitanter inuaſerit: tūc animis virilibus vtendum ſtatuas: mollicie femine leuitatis expulſa. Alioquin ſi rigoris ptinacia equo vecta ſupbie: p campos arbitrarie voluntatis excurrerꝫ: nullo contradictionis obice prepoſito/totam cōfringeret ſegetem rōnis. Si ergo in calumnioſo iudicis auditorio p penam condemnatus extiteris: conſtantie murū ac reſiſtētie vallum feſtines opponere. ne iuſticia materiam depulſam īueniat. aut parietes inclinatos Nam recte rōnis iudicio duplici plaga cōteritur. qui damnabili mulctatus iniuria: et diſſimulatione malignandi fiducíam tribuit inimico Nemo diu gaudet q̄ iudice viuit iniquo Pñ no. ca.

Sis fortis factus ſub iniqua lege coactus

Non gaudet multum quē lex mala ſeruet inultum

## De bonis ſociȷs acquirendis.

fidelē

**Cū tibi vel ſociū vel fidū queris amicum**

rerū affluentia honeſta

**Non tibi fortuna hominis ſed vita petenda eſt**

Si preclarū amicitie fedus cū quolibet hominū voluerís adipiſci: nō nature claritatis inſignia: nō fortune venuſtatis p̄conia: nō copioſe ſuplectilis ſarcinulas: nō mundane dignitatis primicias intuere: Sed ſi ſciē claritate pfuſus: ſi virtutū pōdere trabeatus: ſi ſame p̄conantis munere laureatus extiterit/eciā ſi blandientis fortune nouācātes expiat̄ inſultus/hui⁹ amicitia poſtulāda ſedulius: amplectanda virilius/ac totis conatibus obſeruanda Nō tibi fortuna hominis eſt ſed vita petenda Pñ no. cath.

Si quis amicari vult et ſe ſociari.
Non fortunã tantũ querat ſed more beatũ

## Litem ne renoues.

diſcordie añacte post pacẽ fcãm renouare
Litis preterite noli maledcã referre
habitas iã ſepitas renouare eſt
Poſt inimicitias iram meminiſſe malorũ

Flebilis beluarũ atrocitas leuiſſime concitatur iniurijs: nunq̃ priſtine leſionis iniuriam derelinquens. Homo vero nature ſolemnioris artificis procreatus: dũ loro racionis aſtringitur indeſinenter: ãpliato diſcretionis pallio/ſine cauſis vrgentibus conturbatur rarius/et celerius mulcetur. q̄ ſi ſemel accepta iniuria conſueuerit prioris iracundie morſus repetere: et pacis cathenam diſſoluere malignitati ſubſcribitur et creditur indecorũ. Poſt inimicicias iram meminiſſe maloꝝ Vnde nouus catho
Quiſqꝫ ſit oblitus litis iam factus amicus.
Nam memor irarũ nullus eſt homo preteritarũ.

## De laude et vituperio ꝓpriis.

q2 laus ꝓpria ſordet vituperaueris tu
Non te collaudes nec te culpaueris ipſe.
ſtultos vana
Hoc faciunt ſtulti quos gloria vexat inanis.

Philargeria pompoſa ventoſitas: aure ventilabro blandientis illecta: proprijs ſeducta iudicijs: dũ ſue ꝓbitatis merita indebite cõſiderationis menſura ppendit: a rõnis tramite deuiat et oberrat. dũ enim ſe ſupra ſe ampulloſa temeritate ſuſtollit: magnificorũ actuũ excellentiam vſurpat. Et dum exterius vox preconia/ipſa merita dolenter abſentat: tunc oſtentator immerite laudis/emulus.

multiſlue commendacionis:titulis ſibi laudis preconium ſolemniſat. Uerum hec peſtifere ſeductionis eo precauenda diligentius:et ab agro conſcientie maturius ꝓpellenda: quo ingratitudinis cõtagiata veneno: in offenſo diuine maieſtatis attemptat. quam abſorbet cecitatis fouea profundiſſima et immanis Hoc faciunt ſtulti quos gloria vexat inanis Unde nouus catho

Laudem vel culpã ſibi quiſquis donat iniquã.
Conuenit hoc vanis quos gloria vexat inanis

## De moderata paſſionũ diſpenſatione

acq̇ſitis ꝑ laborẽ vel induſtriã impenſa
**Utere queſitis modice. dum ſumptus habundat.**
.i. cõſumitur ꝑuo tpe acq̇ſitũ eſt
**Labitur exiguo qđ ꝑtum eſt tempore longo.**

Si ꝑflante borea: ⁊ aquilonis vehementia conſpirãte: protenſis velis/ac nauigio libero in altum pelagus ſcapham impegeris: ſecuturi naufragij diſcrimina ñ euades. Sic conformi parilitatis exemplo: dum exigua dotat⁹ ſubſtãtia/ſumptus multiphrarios exercere contendis: debilitato ꝓtinus fundamento tue ꝓſperitatis: ſerenitas ſubitam corruet in ruinam Et dum ꝓprie fatuitatis experieris ſtipendia: deriſionis patieris obꝓbrium. Ad future quidem paupertatis inopiam: famoſa conſtituo domicilia. dum cotidiani victus peculiũ ſine augmenti benificio: ablatione cõtinua detraho ⁊ emungo Labitur exiguo qđ partum eſt tempore longo Unde nouus catho

Parũ diſpenſa cũ poſſit creſcere menſa
Durat namq; parũ nimis vſus diuiciarũ

## Secundũ locorũ ac tpm variacionem te diuerſum exhibeas.

finge te inſipientē .i.loco et tempe oportuno

Inſipiens eſto. dum tempus poſtulat aut res.

inſipientiā fingere .i.vbi et qñ opʒ

Stulticiā ſimulare loco. prudentia ſumma eſt

Si recte deliberationis cautela huāno cōuictui morem geras: te exhibere feſtines/ nō vniformem ꝯformiter: ſed diffoꝛmiter vniformem. Dum enim ſapientū ꝯſiſtorijs/ aut ſenatoꝛū conſilijs/ intereſſe contigerit: tūc grauitate fungendū eſt. et iocūditatis relegato tripudio: cōuenit maturitatis ſolio ſtabiliri. Cū vero ſtudioſi laboꝛis relegato diſcrimine/ cohabitantiū multitudo ludicra recreacionis ſolacia: in laboꝛis pꝛemiū ꝓſequitur: tūc fas erit in diſciplina moderationis attenta grauitate/ iocoſitatis ſolacia miſceantur. Et quāto ꝓ loco et tempoꝛe in hijs ridiculoꝛū geſtibus te vberioꝛē pꝛebueris: tāto amplioꝛis pꝛudentie cōſequeris pꝛeconia. Nā huiuſmodi virtualis moderatio: cenſet̄ actualis vite ductrix pariter et alumna. Stulticiā ſimulare loco pꝛudētia ſūma eſt. Vñ nouꝰ catho

Te ſtolidū finge qñ res ammouet inde.

Eſſe loco ſtultū fit ſepe vtile multum

## De fuga luxurie et auaricie declinacione

foꝛnicacionē adulteriū ec̄

Luxuriam fugito ſimul et vitare memento

qꝛ vitā abbꝛeuiant coitus et cura nimia

Crimen auaricie. nam ſunt contraria vite

Celeboꝛis fame titulos/ et virtualis coaſſiſtentie iubar rutilans/ ſibi deſiderans coaptare: veneree dominationis nephandū imperiū: et foꝛmidande cupiditatis ambitum/ declinare feſtinet. Nam ſi quis tam artiſſime ſeruitutis compedibus ſemel fuerit alligatus: libertate pꝛoſcripta toti vicioꝛū collegio vectigalia ſeruitutis adijciet. viliſſimo tamen caractere notatus infamie. Crimen auari

cie nam ſunt contraria vite Vnde nouus catho
Non eris auarus nec eris tu luxurioſus

## Omni ſpiritui non credas

aliqua narranti tibi
**Noli tu quedā referenti credere ſemper**
pua danda multiloquio raro deeſt pccm̄
**Exigua eſt tribuenda fides qꝛ multi multa loquūt̄.**

Sagax nature diſcretio/mirando preſagio mores in
ſtruēs: humano corpori duplex auditus organū ſtabiliuit
ꝑ hoc patēter inſinuans hominibꝫ: debere auditu ꝑcipere
plurima. aſſenſu vͦ recipe pauciora. Nundū lingue vo
lubilis loq̄citas: emula et ignara certitudinis/more arūdi
nis agitate: ad omnē ventū garrulitatis impellit̄. falſitatis
circūamicta pallio: hoſpitem ſuū falſa credulitate ſeducit.
Et dū falſitatis premicie rumores: crebra repeticione ſuc
cedunt: ventoſe mendacitatis arguūt. et in actorē ſuum ſi-
niſtre opinionis diſpendia machinantur Exigua ē tribuē
da fides qꝛ multi multa loquūtur Vnde nouus catho
Raro credatur cuiq̄ ſi multa loquatur
Vnde relatori tu ſemꝑ credere noli

## De immoderata vini ſumptione

.i. ſi inebriatus fueris .i. nō teipm̄ excuſabis
**Nō potu peccas ignoſcere tu tibi noli**
nā vt ait ſcriptura Omnis creatura dei bona
**Nam nullū crimen vino eſt ſed culpa bibentis**

Tergiuſatrix hūane abuſionis temeritas: licet innu-
meris obnubulet̄ erroribꝫ: In hoc tn̄ ꝓcipue patrociniū
ſue vicioſitatis aſſumit: qꝛ a rebus creatis/que iuxta ſcrip-
ture teſtimoniū a ſummo artifice facte ſunt optime/nō ſine
creatoris iniuria/ſue tranſgreſſionis maculas cōmentat̄.
Nā cū hoīēs veneris detinent̄ voluptatibus: violentū na

ture cauſant impulſum. Si vº caſtrimergialis ingluuies eos vehemēter obſederit: adeo vt pſepe noctes patiantur inſompnes: in calicibus vacuandis/ebrietas crapula delibuti: liquoris fauos replicās ſue turbacionis materiā aſſeuerat Et hij oēs agitati ſpū inſipiētie errauerūt in mō nō in via Nā libero arbitrio volūtatis attento/qd indifferenter ſe exhibet ad vetitum et conceſſum/nulla poterit delinquētie macula creaturis adijci. que macula ſola ꝛ inſolidū remanet in arbitrio cōmittentis Nam nullū crimen vino eſt ſed culpa bibentis. Vnde ouidius.

Certa tibi a nobis dabitur menſura bibendi
Officiū preſtent/mens qꝫ/pedes qꝫ ſuū Vñ quidā
Si bacho/veneriqꝫ vacas/qui cetera ſubdis
Sub iuga veniſti/libertas tunc perijtqꝫ

## Secretū tuū fideli ſocio: egrotū corpus cōmitte perito medico

ſecretū cōmenda ſecreto aīco
**Conſiliū archanū tacito cōmitte ſodali**
curationē corpis egroti cōmenda expto
**Corporis auxiliū medico cōmitte fideli**

Humane nature ſpecies/diſſimili copulata cōiugio: aīe et corpis contrahit vnionē: et vtriuſqꝫ incōmodis creatrix natura ꝓuidit. ne crebre fatigacōnis baculo hoīes frequēter attriti: in deſperacionis foueā laberētur. et aīe q̄dē in ꝓcurādo ſolacio amicitie federa prudēter aptauit. qbꝰ alternatim cōmunicatis mentis angarijs: mutue ꝯſolacionis ſtipēdijs demulcemur Si vero corpales moleſtias experiri cōtingat: medicorū peritiā cōſulendā cenſuit. qui berbarū viribꝰ et pigmentoꝝ virtutibus nature dampna reſartiūt. quos honorari ſcriptura cōmemorat ſicut refert nepotulus patrueli. Corporis auxilium medico cōmitte fideli Vnde nouus catho

Res occultande tacitis ſunt participande.
Si non vis ledi medico tu crede fideli

## De cōſtanti ꝓpoſito in aduerſis

.i. aduerſas fortunas pati impacienter
Succeſſus indignos noli ſufferre moleſte
cōcedit ſp. ꝓſpera hōibus ꝑ grauiorē ruinā
Indulget fortuna malis vt ledere poſſit

Si fortune ſeuientis aſperitas/te valida turbacione concuſſerit: non te ſubito moueat ſubire ꝯturbacionis impulſus. ſed ꝓpria demeritorū facinora reminiſcens: a diuine bonitatis iudicio hoc retributionis iudiciū cenſeas ꝓceſſiſſe. Supꝛne quidem equitatis hoc iudicio ſeueritatis: in preſenti gladiū diſcretionis obijcit: vt vexatio tribuat intellectū. reꝓbis vero et a filiorū numero/perpetui anathematis diuiſione ſecluſis: mundane ꝓſperitatis fouet ſubſidio. tanq̄ meritorū vacuis ac vili remuneratis numiſmate. quos tamen in ſortē hereditatis ꝑpetue. et in numero filiorū agnoſcit. Indulget fortuna malis vt ledere poſſit Vnde nouus catho
Prauos ſucceſſus noli tu ferre moleſtus.
Sepe mali florent vt poſt ſua gaudia plorent

## De prouidentia

lōge ꝓuide q̇ future ſunt has aduerſitates pacienter
Proſpice qui veniunt hos caſus eſſe ferendos
jacula ꝓuiſa minꝰ ledūt oē quod
Nam leuius ledit. quicquid preuidimus ante

Docent nos ſalomonis eloquia: vt palpebre dirigāt greſſus noſtros. Et iuxta poetarū carmina iam bicipitis imitetur effigiem: qui priora conſpiciens poſteriora non negligit. ad fortune iacula mentis oculos diligenter oppone. vt dū forſan in poſterū proſperis recedentibus: et adū

ſa forte ſecuta: in gladiū durioris caſus impegeris: mode ratiori mente ſuſtineas: que ꝑueniunt animo preuidente. Nam leuius ledit quicq̄d preuidemus ante Vn̄ no. cath.
Nam fero iacturā leuius quā cerno futurā
Res imꝑuiſa non bene ledere viſa

## De mentis cōſtantia in caſib⁹ aduerſis.

in aduerſis fortunis ꝑdere
Rebus in aduerſis animū ſubmittere noli
Ezopus Spem decet amplecti ſpes eſt via ꝑma ſalutis
Spem retine. ſpes vera hoiēm nec morte relinquit

Si fortune ſeuientis tue mentis hoſpiciū inuaſerit: aut cōcuſſus corporee molis angulis/ferali ꝓximet demē cie: nō idcirco mētis cōſtantia muro vallata fortitudinis: in foueā deſperationis accedat. ſed clipeo confidentie fortioris armata: oēs equanimiter fortunioꝝ tempeſtates expectet. ſupſtite quidē in animo ſpei anchora: q̄ptūcunq̄ʒ ſeuiat mundus: freudat hoſtis: impetus fortune terreat: nō preualebunt aduerſarie poteſtates. nō ob hoc tante ſoliditatis fundamentū corruet ſpes quidem indiſſolubilis/nullo machinationis īpetu te derelinquit. Spem retine ſpes vera hominē nec morte relinquit Vnde nouus catho
Nemo malis cedat ne deſperatio ledat
Omnia ſpes vincat nec nos quoq̄ʒ morte relinquat

## De vtiliū rerū cuſtodia.

vtilem a te remouere
Rem tibi quā noſcis aptam dimittere noli.
in ꝑncipio .i. ꝓſpera in fine fortuna ē aduerſa
Fronte capillata poſt hoc occaſio calua

Si neceſſarijs vſib⁹ quicq̄d oportunū tibi cōtigerit poſſidere: nō ꝑ te faciliter in alterū trāſferat̄. ne cū neceſſaria tibi deſint in tāte pauꝑtatis laborintū repente ſubeas.

ꝓdigalitatis lũdibrio maculatus Dũ enim ſubſtantie partem imprudenter abigis: tota ſucceſſiue defluit. conſtituendus in proxima in pauptatis menibus et in valua Fronte capillata poſt hec occaſio calua Vnde nouus catho
Fronte capillata bona res non ſit reꝓbata
Ut maneant illi quos dimiſere capilli

## ¶ Attende pñtia. futura ꝓuide

qđ eſt in pñti    vide ſepe    .i. qđ futurũ eſt
Qđ ſequitur ſpecta qđ innuent ante videto
ſequere    janũ bifrontẽ    freq̄ter videt    añ et retro
Illum imitare deũ partẽ qui ſpectat vtramq̃

¶ Moderatricis prudentie cacumen circũſpectionis oculo meditari ſtudeat preſentia et futura. ſentencie venerabilis ſenece non immemor ſic dicentis: Si prudens eſt animus tuus tribus tẽporibus diſpenſetur. pñtia ordina/ futura preuide/ ⁊ preterita recordare Alioquin ſi actuum preteritorum obliuioſus extiteris: nullius experientie regulatus induſtria: in agendis tuis claudicans/ nullo certitudinis fundaberis fundamẽto. et ſi futuroꝝ cautelas nõ adijcias: futura periculoꝝ nõ euades diſcrimina Repſentãs igit̃ iã biformis ꝯſiderationis effigiem: viſum dirigas vtrobiq̃ Illũ imitare deũ q̄ ꝑtẽ ſpectat vtrãq̃ Vñ no. ca.
Rem precedentẽ videas et cerne ſequentem
Bifrontem ianum fieri nõ predico vanum

## ¶ De ꝓprie carnis gubernatione

ſanior    viuas    ſobrior in potu et cibo
Fortior vt valeas interdũ parcior eſto
ſp. corꝑis. q2 natura paucis eſt cõtenta    exercitia vtutũ
Pauca voluptati debentur plura ſaluti

¶ Racionis imperante dominio: humane carnis mancipium/ placabili frugalitate letatur. quod ſi ex induſtria

ꝓcuretur: excessiua saginari dulcedine: iã sue dure castrũ rabie belli audebit inflãmare Sed ꝑ paucis et tenuibꝰ hõmo exterioꝛ contentus stipendijs: interioꝛẽ studeat scienciarũ ac virtutũ exercicijs saginare. hoꝛroꝛe dignum reputãs ancillã pꝛesidere domine ac dnãm famulari subseruiẽdo quidẽ vicijs/et ꝓscribẽdo sapientie virtuti Pauca voluptati debentur plura saluti Vnde nouus catho.

Partioꝛ esto cibis et sic tu foꝛtioꝛ ibis
Vult salus multas paucas res ipa voluptas

## Plurimoꝛũ sentenciã nõ inuidas solus

sentenciã vel decretũ cõitatis. .i. tu solus
**Judiciũ populi nunquã contempseris vnus.**
.i. ne displiceas omnibꝫ ꝑ ꝓpꝛiã opioionẽ
**Ne nulli placeas dũ vis contemnere multos.**

Multoꝛũ et sapientũ sentenciã calculo apꝓbatã: temere cõtrarietatis obice/nõ repellas. ne aura supꝑbe vanitatis impulsus: pꝛudentie tue modũ nõ statuens: sed te tollens in aera: alioꝛũ sentencias paruipendas. tante siquidẽ pꝛesumptionis: abusus odiose contentionis sagittas. et excogitatos derisionis stimulos ꝑcurrit et adultos Ne nulli placeas cũ vis contemnere multos Vñ nouus catho

Nunq̃ tu multos debes contemnere vnus
Nam nulli placet qui solus obicijt omnes.

## De futura beatitudine cõsequenda

.i. ꝓncipaliter qđ pꝛecellit oiã sollicitaº sanitatis.
**Sit tibi pꝛecipue qđ pꝛimũ est cura salutis**
q̄ sempꝑ bona sunt vituperes qñ ꝓpter tuũ malũ regimen
**Tempoꝛa ne culpes cũ sint tibi cause doloꝛis.**

Perfectionis hũane felicitas/que sblimi bonitatꝫ existẽcia collocat̃/feruẽtioꝛi captet̃ desiderio. ꝛ bita ꝯseruet̃

diligētius.nā totius humani deſiderij.apicem ꝓphendit.
¶ Verūptamē ſi nrē erumnoſe labilitatis mutabilitas:va-
rijs ꝓpellatᷣ incōmodis:et multipharijs tribulationū do-
loribus atteratur:nō ob hoc liceat in murmuratorie lamē-
tacionis voces erūpere.nec tempoꝝ malignitati tribuere.
ea iuſto moderamine ſtatuerūt diuinitatis archana plena
ſapientie et decoris. Tempora ne culpes cū ſint tibi cauſa
doloris Vnde nouus catho
Prima ſit in cunctis ſempꝫ tibi cura ſalutis
Tempora nō flebis ſi corpus forte dolebis

## ¶ De ſomniorū fantaſmatibus

nocturnas viſiones .i.ipſe homo ſperat
**Somnia ne cures.nam mens humana qđ optat**
.i.ſomniū et viſiouē ꝑ ſomniū.
**Dū vigilat.ſperat ꝑ ſomnū.cernit idipm**
¶ Nocturne viſionis fantaſmata:q̄ diurne cogitacōis
affectatas ymagines repreſentant:abolitis repleta miſte-
rijs nō cōfidas Nā ſi ea futuroꝝ euentuū vaticinari pſa-
giū curioſa putacione cōtēderis:nō ſine dinine maieſtatis
iniuria:diuinationis nota cōtaminatus cenſeberis Sane
ad eandē ſupſtitionis ſpēm ardenter referas laruas.ſom-
nia et lemures Somnia ne cures ꝛc Vn̄ nouus catho
Somnia ne cures nā fallunt ſomnia plures
Sollicitus durat qui fruſtra ſomnia curat

## ¶ Documentū vite regularis

optas morale
**Hoc quicūqꝫ cupis carmē cognoſcere lcōr**
documēta moralia aptiſſima humane
**Hec precepta queras q̄ ſunt gratiſſima vite.**
¶ Vicioſi cōuictus declinare volēs naufragiū:et vtuoſe
habitudinis/iocūdis indui veſtimētis.ad ſequentiū pcep-

torū canones conet̄ aures bibulas inclinare. quibus in cel
lula memoriali reconditis: et operis exercitacione comple
tis: moralis vite ſummā afferent gracia et virtutibus poli-
mite. ¶ Hec p̄cepta feres q̄ ſūt gratiſſima vite Vn̄ no. catho.
Quiſquis adeſſe velis et carmine diſcere queris.
Cū monitis tutis diſcas precepta ſalutis

## ¶ De nobilitate ſciētie et ei⁹ profūditate.

v̄tutū et ſciāꝝ v̄tutes et ſciās.
Inſtrue p̄ceptis animū. nec diſcere ceſſes.
hōis ſimilitudo.
Nam ſine doctrina. vita eſt quaſi mortis ymago
ſp. ſi meū ꝯſiliū feceris hēbis .i. ſed ſi ꝯtempſeris
Cōmoda multa feres. ſin autē ſpreueris illud
monitorē ꝯtēptorē
Non me doctorē ſed te neglexeris ip̄e

¶ Immenſa ꝯditionis hūane dignitas: diuinis p̄uile-
giata fauoribus: in ſapiētialis cognitionis lumine ſtabilit̄.
q̄ app̄henſa ſuperius intelligentijs ſimiles: et ea neglecta
iumentis inſipientib⁹ nō diſſimiles inuenimur. ¶ Tanto
igit̄ attentionis conamine: ab anime hoſpicio ignorantie
detergens rubiginē: ymmo iugi ſtudiorꝫ exercitio/ ꝛ ſciāꝝ
lāpade ip̄am foueas/ et attendas. ne ignorātie tenebreſcēs
erroribꝰ: ac doctrine ſalutaris exoſa: viciorꝫ fiat pediſſeq̄
ꝛ ppago ¶ Nā ſine doctīa vita ē q̄ſi mortꝭ ymago Vn̄ no. ca.
Inbue iam mentē noſtre rationis egentē
Mens ſine doctrina ſtat vite certa ruina.
Carmen ſi ſpernis tibi maxima cōmoda pdis
Non carmen miſſum ſed te neglexeris ip̄m

## ¶ Non te moueant malorū detractiones

iuſte qm̄ malis diſplicere laudabile eſt
Cū recte viuas. ne cures verba malorū

.i.in nrā voluntate illud

**Arbitrij noſtri nō eſt qđ quiſqȝ loquatur.**

¶ Rectioris vite incedēs ꝑ tramites artiores: ſi detractorū malinolis oppugnaris inſultibus: ſi in te ꝯuentus malignantiū/omnia venenate detractionis machinamēta cōponat: non ob hoc ſincere rōnis ſtabilitas moueatur. nam hoc ſolum ꝓpriū ſibi vendicat virtualis eminentia in ſolio celſitudinis collocata: ꝙ liuoris aculeos experitur inſtancius. quibus nec verboſe corrixationis quaſi iniuriam ꝓpellendo/vicem maledicis referat. nec a virtuoſe ſtationis culmine tranſferatur Arbitrij noſtri non eſt ꝙ quiſqȝ loquatur. Unde nouus catho.

Si bonus es morū nō cures verba malorū
Nulli ſcire datur qđ ſemꝑ quiſqȝ loquatur

## ¶ Celato crimen amici

in iudicio tu exñs .i. ſalua reuerentia veritatis

**Productus teſtis. ſaluo tñ ante pudore**

.i. tege ꝑ ſilentiū. aut ꝑ calorē aliquē. ſaluo ⁊c.

**Quantūcunqȝ potes celato crimen amici.**

¶ Ad pretoris vocatus iudiciū: ac ſuꝑ delato quolibet amicorū crimine ꝓhibeas teſtimoniū veritati. quoadusqȝ potueris/amici reatus et crimina/licet tibi ꝑſpicua ſilencij cautela contegas et colores. ſalua tñ in omnib⁹ fidei et boneſtatis reuerētia. quas amico p̄ferre ꝯuenit. ne deerrationis ignominia: aut ꝯſenſu criminis morderi valeas aut cōuinci Quantūcunqȝ potes celato crimē amici. Vñ no. ca.

Cū fueris teſtis ne ſit pudor huic tibi peſtis.
Non debet dici tunc ꝑ te crimen amici

## ¶ De adulationū blandimentis.

molles et adulatorios femineo more

**Sermones blandos bleſos qȝ vitare memento**

ficta ꝛ ſimulata eſt i. ꝓ̃bio ē .i. ſub ficta ſimplicitate ꝑtēdūt fraudē

Simplicitas veri fama eſt fraus ficta loquendi

Virulentas lingue blandientis fallacias: nō ſurdo ꝑ̄tereas auditu: deceptionis laqueos non euades. Quecunq̄ꝫ eñ de virorū numero audieris ſeductorio more blādiri: aut muliebri ritu ſermones vocibꝰ delicatis infringere: aut lenocinantis lingue blandicias preoccupare ſuſpirijs: aut miſcere ſingultibꝰ interiectis: ibi tacite captionis laqueos prudenter aduertas. qui tanto diſponūtur efficacius. quanto ſophiſta verboſus tibi ꝑſuadere nitit̃ lingua doloſa. ꝛ ſtudio malignāti Simplicitas veri fama ē fraus ficta loquendi Vnde nouus catho.

Sunt bene vitandi ſermones vti q̄ꝫ blandi.
Sub ſpecie veri nam fallunt ſepe ſeueri
Hoc idem preclare deſcribit ezopus.
Non ſatis eſt tutū mellitis credere verbis
Ex hoc melle ſolet peſtis amara ſequi

## De corporis et aīē viruoſis exercicijs

pigritiā animi totius hōis tarditas vel tepiditas

Segniciem fugito q̄ vite ignauia fertur

.i. nō vacat bonis artibus ſtulticia et pigritia

Nam cū animus languet. cōſumit inercia corpus

Validis occupationū exercicijs viriliter aſſueſcas. nam ſi ſub torpenti ocioſitatis tēpora trāſeas feriata: mox a languido corde riuus viciorū ebuliens: omnē mentis humane precioſam ſubſtantiā auferet et diſperdet. Exercenda eſt igitur anima meditacionibus arduis. ꝛ vtilibus ſapientie ſtudijs Corpus vero impellendū virilius. nō ad languorē deſidie. ſed ad opus Nam cū animus lāguet cōſumit inertia corpus Vnde nouus catho.

Segnicies linquat te non ignauia vincat.
Cū mens langueſcit caro defecta ſeneſcit

Vnde pꝛeclare dicit Seneca/laboꝛe atqꝫ ſtudio animi ge-
neroſi nutriũtur/ſegnicie vero coꝛpa vanitatibus inbuunt

## De animi recreatione.

Ouidius. qđ caret alterna requie durabile ñ ē
**Interpone tuis interdũ gaudia curis**
Phs. requies et ludus ĩ vita ſt̃ nccĩa    poꝛtare
**Vt poſſis animo quẽuis ſufferre laboꝛem**

Diutina laboꝛũ aſſiduitas: nulla quietis intercape-
dine recreata: vires anime potenter emollit. et laboꝛis pſe
uerantiã intercludit. Diſcenda igitur eſt humanis la-
boꝛib⁹ gaudioſe ꝯſolationis relaxatio. que tãte moderatio
nis ſtudio teneat̃: vt ſicut medicinis vtimur: nec exceſſus
laſciuiã ſupfluitatis impellat: nec defectus animũ deiciat
in faſtidiũ et erroꝛem Vt poſſis animo quẽuis ſufferre la
boꝛem Vnde nouus catho
Gaudia ſepe tuis debes adiungere curis
Sic ſufferre dat̃ ſi quid foꝛtuna minatur

## Alterius crimen nõ diiudices.

hõis    aut    ne momoꝛderis
**Alterius dictũ vel factũ ne carpſeris vnquã**
in dictis et factis tuis homo
**Exemplo ſimili ne te derideat alter**

Si ꝓpꝛie tranſgreſſionis vltoꝛ ydoneus nõ diſſimu
latoꝛ extiteris: ad alieni reatus maculas: iudicij cõdemnã
tis oculos nõ conaberis retoꝛquere. Qui enim liuoꝛis
dente/ꝯdemnationis foꝛfice: vel irriſionis notamine/ꝓxi
moꝛũ actus cõſueuit laceſſe re: criminoſe cõſcientie ſe fate
tur participẽ. alienis irriſionibus in poſterũ impellendus
Abigat̃ ergo quãtotius a cõſcientie thalamis: et a lingue
pꝛurientis impulſu: temerariũ aliene culpe iudicium. et de
riſionis vipera conſcientie moꝛbus ater Exemplo ſimili.

ne te derideat alter Vnde nouus catho.
Nullū dicentem reprehendas vel facientē
Ne ſimilis riſus ab alijs ſit reddere viſus.
Vñ Seneca Eſto viciorū fugax ipe aliorum/nec viciosus ſcrutator/nec acerb⁹ rep̄benſor/ſ; ſiñ ex ꝓbracōe correctoꝛ.

## Bona fortune ne diſpendere cures.

illud legauerit in teſtamēto vltiā voluntas.
Quō tibi ſors dederit tabulis ſuprema notato
ſ; dilapidādo ē legata ille diffamat
Augendo ſerua.ne ſis quē fama loquatur

Cū fortune volubilis munificētia te nouiſſime: benigno fauore ꝓſequēs vberiori ꝓſpitate repleuerit: tūc ſagaci fret⁹ ꝯſilio/largita donaria cū debita moderacōe diſpēſas ne ꝓdigalitatis diluuio circūuentus/deriſionis pблice noteris īfamia. dū ꝓꝑe temeritatis iuſticia de pleniluuio veneris in eclipſim: dū ea q̄ pl'imis videbātᷣ effundēda tēporibus: ꝯfracta moderationis ſtatera/ſubito et īutilitᷣ diſpgūtur Augendo ſerua ne ſis quē fama loq̄tᷣ Vñ nouus catho
Mortis ſorte datū tabulis ſit queſo notatū
Et ſerues auctū ne canet fama retractū.

## De auaricie declinacione in ſenibus

habūdant vite tue
Cū tibi diuitie ſupant in fine ſenecte
munera dans tenax
Munificus facito viuas nō parcus amicis.

Si vberes diuiciarū aceruos te ſeneſcēte poſſideas: tunc peſſulo liberalitatis effractio: ipa liberalitate magnifica diſtribuas et effundas. nā thezaurizare poſteris: et auaricie macula ſue vite terminū denigrare cenſetur abſurdum. et non diſſimile ab hijs qui aratra ſulcant arena vel triticū ſeminant in mericis Magnificus facito viuas non parcus amicis Vñ nouus catho.

In ſenio diues dū paruo tempore viues
Multis multa dabis nec amicis plura negabis.

## De cōſilio vxoris filiorū aut famulorū

exiſtens tui
Vtile cōſiliū dn̄s ne deſpice ſerui
alicuiꝰ ſniām vel ꝯſiliū nō deſpexeris.
Nullius ſenſum ſi ꝓdeſt contempſeris vnquā.

Diſtributoris largitas copioſa: apud quē nulla pſo-
narū repit̄ exceptio: frequēter pſonis hūilibus dona ſapiē
largioris infūdit: fugiēs cathedras optimatū. Si ergo
quiſpiā de vernaculis: vel tibi qualibꝫ in ferioritate ſubiec
tis: conſiliū vene maturioris afferat/ gratāter hoc ſuſcipe.
ne obaudiens aiō indignāti: nec cōtra ſapientis ꝯſiliū ꝓpe
initaris prudētie: dū alienā abijcis: qꝺ indicat̄ re ꝓbū atꝫ
neq̄ꝫ Si ꝓdeſt ſenſum nulliꝰ carpſeris vnq̄ꝫ Vn̄ no. catho
Non ſit neglecta ſerui ſentencia recta
Nec contemnat̄ tibi cū bene conſiliatur

## De rerū et temporū aduerſa ꝑmutacione

quibus cares ſp. tibi mō illud
Rebus et in ſenſu. ſi non eſt qꝺ fuit ante
ſis cōtentus et patiens cū illo
Fac viuas contentus eo qꝺ tempora prebent

Si nouerca ꝓſpitatis negligētia/ ſeu fortunati caſus
euētus: tui peculei fines inuaſerint: iā pauptati fedus ꝓxi
mū ineūtes: nō ob hoc puſillanimitatis depmaris ſb ſolio
ſed cōſtantie rigore ſeruato: ſufficientiā ꝓ cōiuge āplecta-
ris. Fortune quidē crebra mutacio: et mobiliū diſtractio
cōſueta: viriles mentes offendere nūq̄ꝫ debent Fac viuas
contentus eo que tempora prebent Vn̄ nouus catho
Pauperior cenſus nō ſit turbatio ſenſus.
Sed ſis contentus vt ōnia fert tibi tempus.

## De diſcreto coniugio cōmittendo

caue ꝓpter diuitias et bonoꝝ poſſeſſiones
Vxorem fuge ne ducas ſub nomine dotis
vxorē infamis et intollerabilis
Nec retinere velis ſi ceperit eſſe moleſta

Si matrimonialibꝰ vinculis te aliquotiens obligari delectet: nō poſſeſſionū copias/nō diuitiaꝝ habūdantias: ꝑncipaliter adipiſci ꝯtendas in cōiuge. ſed morū decus/vꝰtutū inſignia/et generis claritatē. quā ſi cognita veritate ꝑpenderis a morū generoſitate degenerem: aut iracūdie ſtimulis agitatā: ab eius vinculis ꝓperanter effugias. etiā ſi ſummi culminis copiarū/aut claritatis attollat̄ honoribꝰ. Nā taliū coniugioꝝ nouiſſima: vtriqꝫ partiū ſordida ſūt ⁊ infeſta Nec retinere velis ſi ceperit eē moleſta Vñ no. ca. Non tribuat votis vxorē copula dotis. Ut diſiungaris ab ea ſi forte grauaris

## Alioꝝ exemplo viue.

therē. hoc ſapientis ē. ꝑiculū ex alijs ſumere. q̄d tibi facere licet
Multoꝝ diſcas exempla q̄ facta ſequaris
et que ſequaris docet
Que fugias. vita eſt nobis aliena magiſtra

Si regulate moriginatōis cacumina gradatim q̄ras aſcēdere: alienoꝝ euētuū fias ſedulus explorator. qꝛ dum alios recordaberis ſue prudentie miniſterio: in ſuis ꝓſperatos actibus: alios vero detrimentū ex ſuis operibꝰ aſſecutos: facili cenſura iudiciū coniecturare licebit: quid agēdum vtilius: aut totaliter relinquendū. Noueris equidē ꝙ pñtis vite decurſus nobis mirabili varietate ſubſeruit. in qua experientia repitur ꝑmicē ⁊ miniſtra Que fugias vita eſt nobis aliena magiſtra Vnde nouus catho

Ex alijs diſcas quid agas bene quid ve remittas
Nunc ad viuendū vita eſt exemplar habendū

## Poſſe tuū non tranſcendas

.i. vires tuas examina ſuppreſſus.
Quod potes id tempta. operis ne pōdere preſſus.
ſubtus cadat et deficiat incōpleta .i. incepta
Succūbat labor. et fruſtra temptata relinquas

Si arduū aliquid te contingat aggredi: vires tuas ꝑmitus metiaris ne preſſus mole ponderis: nimia fatigatione ſuccumbas: aſſecutus plebis ridiculum. dū abuſiua deceptione seduct⁹ inchoatū opus deſeris imꝑfectū Satius quidē eſt a magnis actib⁹ deſiſtere: ꝙ ꝙ inceptū temere relinq̄s Succūbat labor. ⁊ fruſtra tēptata relinq̄s Vñ no. ca.
Materias pares ni viribus ſumpſeris aut res
Defeciſſe vides inimici ſub pondere vires.

## De maleficorū accuſacione

facinus magnū iniuſtū tacere illud
Quod noſti factū non rectū. nolito ſilere
Agentes et ꝯſentientes pari pena puniuntur
Ne vidiare malos. imitari velle tacendo

Si motus malignātiū ſceleroſe factionis/malicia leges publicas cōturbauerit: Cui⁹ rei taciturnitas paucis vel pluribus faciat detrimentū: ꝓpalandū eſt velocius. et ad aures publicas reducendū. ne forte īiuſticiā maligne retices/īiuſticie arguat̄. tāꝗ̄ malens facinoribꝫ/ſilēdo tacitū ꝑbere ꝯſenſum. ꝗ̄ maloꝝ īdignacione recepta: obuiare criminib⁹ arguēdo Ne videare malos imitari velle tacēdo.
Vnde nouus catho.
Si michi tu credis nunꝗ̄ mala facta ſilebis
Nam quiſquis celat ſe conſentire reuelat

## De iudicis adiuuamine poſtulando.

q̄ hꝫ auctoritatē interp̄tandi .i. ſi lex videat̄ iniq̄ reb⁹ tuis cōtrariari
Judicis auxiliū ſub iniqua lege rogato
q̄ in vniuerſali dant̄ .i. interp̄tent̄ in ꝑticularib⁹ caſibus.
Jp̄e etenim leges. cupiunt vt iure regantur.

¶ Legalis iuris ſeueritas/particulares caſus cōcipiēs: moderationē exigit iudicantis Alioquin repente verterē‑tur in ꝑniciem: que moderatōne iuſtiſſima fuerat ab inicio ꝯſtituta Dū ergo rigorē leg̃ acceperis cōtra ꝓprie inſtitu‑cōnis calculū: tuis negocijs inciuiliter aduerſari Ad legis declarandā ſentenciā patrociniū iudicis interpellas. Hoc enim legalis inſtitutio exigit: vt interp̄tur benignius. et ei⁹ obſcuritatis nebule: equiſſimi cenſura iudicis abſoluant̄. Jp̄e etenim leges cupiūt vt recte regant̄ Vn̄ nouus catho
Judex ſis tutus ſub iniqua lege ſtatutus.
Nam ſub iure regi placet omni tempore legi

## ¶ De pacientia in tormentis retinenda.

ꝓpter tua demerita ſuſtinere
Nō merito pateris. pacienter ferre memento
qn̄ noſcis te culpabilē iudicante corrige
Cūq̃ꝫ reus tibi ſis. ip̄m te iudice damna

¶ Dū iuſticie veritas criminū equitati rn̄det: nulla no‑uitatis itemperies aut nouitatis ſpēs exoritur. dū et rōnis iudiciū ſcrupulis dubietatis āmouet: et ꝑpetrate culpe cō‑ſcientia a lata ſentencia nō diſcordet. Nam vt ait boetius Si mali ſui criminis diffor mitatē agnoſcent: vltro ſe p̄be‑rent iudicib⁹ puniendos. vt ſui reatus difformitas iuſticie medicamine deleret̄ Dū ergo patrati ſceleris imanitas abiecto ſilentio cūctis innotuit: flagellū rigoris inflicti mo deſte ſuſtineas. ymmo impellente ſindereſi/et conſcientia ꝓteſtante/teip̄m argue et condemna Cumqꝫ reus tibi ſis ip̄m te iudice damna Vnde nouus catho.
Omne tuū ſemꝑ ſuffer meritū pacienter.

Cūqꝫ reus conſtes nō te ſine crimine monſtres.

## De ſtudiȷ̄ continuacione

pꝰbatiſſimoꝝ ſcripta multis apta ab ineptis diſcernendo
Multa legas facito. perlectis perlege multa
flores ex ſpinis. grana ex paleis. et argentū ex luto collige
Nam miranda canunt. ſed nō credenda poete.

Studiorū pſcrutator ſedulus: volens multiplicibus ſtudiorū vigilijs: ſapiē mꝛis cubiculū introire: varia pquiſicionis indagine rimetur actores. et plurimoꝝ pquirens ſtudia: diſcretionis vētilabro a veris falſa: et ab imperitis perita: firmitatis cautela diſcernat. ne ſophiſticationis vbboſitate cōfuſus: aut equiuocationis nubilo circūductus: opinionem veritati preferat. vt ſeductori ductoris nomen tribuat et pphete Nam miranda canunt ſed non credenda poete Vnde nouus catho.

Fac vt multa legas et idem ſedule degas
Sic vt vera petas varios non imitare poetas

## De modeſta locutione circa menſam

ſimul cōmedentes comis facetus
Inter cōuiuas. fac ſis ſermone modeſtus
garrulus facetus reputari
Ne dicare loquax. dū vis vrbanus haberi

Inter exterioꝝ epulas venerāter accūbens: lingue ventilabrū ſagaci moderatione refrenet. ne ſi paulo licētiꝰ in vba ſcurrilitatis/aut odioſe loquacitatis defluat: cōtaminacionis venenum referat in actorem. quod facili medicamine non poterit aboleri Ne videare loquax dum vis vrbanus haberi Vnde nouus catho

Dū cōuiuaris caueas ne multa loquaris
Diſcat ab vrbanis vir garrulitatis inanis

## Irata coniunx nō te moueat

plorantis

**Coniugis irate noli tu verba timere**

parat et deceptiones

**Nam lacrimis ſtruit inſidias.dū femina plorat.**

Si ꝑturbationis incendijs turbata ꝓpria vxor:ebuliens voces multimode lamentationis/effundat gemitum ſingultibus dilatatū:hijs de cauſis nullatenus virilis exacerbetur conſtantia.aut mulieris mota fletibus agitetur. Nam hoc habet proprium muliebris ſexus fragilitas:ꝙ vbi habundantiori luctu pretendit indicia:ampliora future deceptionis rethiacula viro ſuo depromit.dum multū ꝓfundit lacrimas ⁊ rorat. Nam lacrimis ſerit inſidias dū femina plorat Vnde nouus catho

Nil tibi curetur ſi coniugis ira minetur
Femina dū plorat hominē ſuꝑare laborat
Vñ Ouidius qui harū rerū exꝑtus erat ayt.
Neue puellarū lacrimis moueare caueto
Vt flerent oculos erudiuere ſuos

## De poſſeſſionū tēꝑata diſpenſacione

tꝑate bonis acq̄ſitis ꝓdigaliter expēdendo

**Vtere queſitis ſed ne videaris abuti**

inutiliter ꝓdigaliter deficiunt bona aliorū

**Qui ſua conſumunt cū deſint aliena ſequūtur**

Copioſe ſuplectilis ditatus bñficio:tanto regiminis ordine cōmiſſa tibi bñficia modereris:vt nec ſuꝑfluitatis vicio:nec tenacitatis notatus īfamia:ꝑfectionis mediū valeas obtinere Nam dum inutili et ſuꝑuacua ꝓdigalitate/ poſſeſſa diſtribuis:et inopie domū ingrediens/fatue ꝓdigalitatis vocabulum aſſequeris.in deteriora ruiturus pericula Nam experientia docente cognouimus:ꝙ ab opulentia in ſterilitatem collapſi/ſubito carentes proprijs/in alienorum appetentiam rapiuntur. Qui ſua conſumunt

cum deſint aliena ſequuntur Vnde nouus catho
Sic tibi ſit vſus rerū ne fiat abuſus
Qui ſua demergunt hij poſt extranea ꝑgunt.

## De diſcreta mortis expectacōne

et hoc ſi iuſte vixeris. qm̄ mors peccatoꝝ peſſima
**Fac tibi preponas mortem non eſſe timendā**
mors qm̄ priuat vitā miſeriarū huiꝰ mūdi
**Que bona ſi non eſt. finis tamen illa malorū.**

Mortis imperiū/a cuius iuriditione nullus eximit/ valida mentis cōſtantia preſtolari cōtendas. que ſi nichil vtilitatis humane cōſiderationi ꝑferat. eſt tamē humane vexationis remediū. et mundani caſus terminus ac laborū Que bona ſi non ē. finis eſt tn̄ illa malorū Vn̄ nouꝰ catho
Raro timere mori nimia formidine noli
Mors mala nos tolli ſed et hic nrā mala reſoluit

## De vxorū conſilijs

.i. vtilis tollerare
**Vxoris linguā. ſi frugi eſt. ferre memento**
linguā vtilem vt frugalis audiatur
**Namqꝫ malū eſt. non poſſe pati. nec velle tacere**

Precioſe confectionis aromata/vaſis incluſa fictilibus: nichil ex cōtinentis vaſis ineptia: ſibi diminuūt de valore. Si ergo tue vxoris animū ſapientie balſamo redundare cognoueris: eius cōſilia prudentie firmitate ſubnixa: nō memineris aſpernari. ſed tanqꝫ ſugens mel ex petra: oleūqꝫ de ſaxo duriſſimo: ne duplici turbulentie mordeat angario. dū nec loqui ꝑmittitur neqꝫ tacere Nā malum eſt non velle pati nec poſſe tacere Vn̄ nouus catho.
Vxoris linguā ſi ꝓdeſt cur ego ſtringam
Namqꝫ pati neſcit ſtultus nec reticeſcit.

## De honore parentum

nō debili ſed firma caritate prēm et mrēm
Dilige nō egra caros pietate parentes
Sapiens Maledictus eſt a deo q̄ exaſpat mrēm placere patri tuo
Nec matrē offendas dū vis bonus eſſe parenti

¶ Paterne venerationis officiū/quod omnis legū tra-
ditio imperat et indicit/multa ſedulitatis obſeruantia te-
neatur.ne te ingratitudinis vipa rorē totius pietatis acer
bās:in foueam ſue captiuitatis includat.diuine preceptio
nis imperio violato.nec minori ſtudio genitrici tue/morē
ciuilitatis exhibeas.ipām nulla repugnantie malignitate
cōturbes affectu diſcolor et amenti Nec matrē offendas
dū vis bonus eſſe parenti Vñ nouus catho
Eſto pius vere ſemp̄ hijs qui te genuere
Non moueas prēm nec vis offendere matrē

## ¶ De regulari vite inſtitucione.

tutam
Ecuram quicūq₃ cupis deducere vitam
cupis tuū vicia nocent
Nec vicijs inherere animū q̄ moribus obſunt
moꝝ documenta q2 decies repetita placebunt
Hec precepta tibi ſemp̄ relegenda memento
in ſepe relegendo decet teipo docente
Inuenies aliquid qd te vitare magiſtro

¶ Si vicioꝝ declinando naufragia:p amena virtutum
vernantia loca:planicie mentis greſſus dirigere moliaris:
ſequentiū dogmatū regulas diligenter attende.p que con
fractis aduerſarie poteſtatis viribus:arcem cōprehende
re poteris eminentie virtualis Inter hec autē quedā ꝓhi
bitiua tibi conſtitui.que recōdere memineris in memorie
regiſtro Inuenies aliquid qd te vitare mgrō Vñ no.cath.
Corde ſub attento ponere mea verba memento
In quibus agnoſcas qui crimen linquere poſcas

## De diuitiarū contemptu

Dauid Diuitie ſi affluant noli cor apponere.

Deſpice diuitias. ſi vis animo eſſe beatus

diuitias cū amore vlteriores ſemꝑ petunt

Quas qui ſuſcipiunt. mendicant ſemꝑ auari

Si mundane feditatis velis abhorrere faſtigia: Si venenate dulcedinis declinare muſcipulam/que ī hoc terrene inhabitacionis tugurio potenter inuiſcat/ſi demū celeſtia formarū contendas: et theoreumata ſpeculari: abiecto mūdane cupiditatis ambitu: omnia terrarū opum pondera/animo victore deſpicias et cōculces Alioquin libertas anime/artiſſimis diuitiarū ligata cōpedibus: nunꝗ̃ et ſi ſufficiens/nullo cōgeſte ſupꝑlectilis cumulo poterit ſaciari Quas qui ſuſcipiunt mendicant ſemꝑ auari Vñ no. ca.

Abſit ditari qui ſe wlt rite beari

Diues marceſcit ꝗ̃to plus copia creſcit

Quod egregie docet Cicero in de officijs/ Nichil honeſtius et magnificētius eſt ꝙ̃ pecunias ſi nō hēs ꝯtēnere: et ſi habes/ad liberalitatem eas conferre Et in parabolis Qui odit auariciciā/longi fient dies eius

## Proprijs nature donarijs cōtentus viuas

neceſſaria q̄ ſagax eſt in ꝓuidendo nobis

Cōmoda nature nullo tibi tempore deſint

illo bono

Si cōtentus eo fueris qđ tꝑa prebent

Abiecta cupiditatis vipa/que totā ſpiritualis ꝑfectionis ſubſtantiā abigit et depaſcit/ſufficientie menſura ſubſeruiens: immenſis nature beneficijs coadiuuata: omnem paupertatis abicit leſionem. Dum enim attenta mente conſiderat: ꝙ̃ paruis amminiculis nature humane fomentatur inopia: et ꝙ̃ multiplicibus creaturarū donarijs adiu

natur. filij adam ſemetipſis contenti: extra conceſſa bene‑
ficia: nullū ſupfluū poſſunt appetere neqȝ debent. Si con
tentus eo fueris q̄ tempora prebent Vn̄ nouus catho
Qui nō curaret pluſq̄ natura rogaret
Diues hic eſſet q̄ res ſibi nulla deeſſet.

## Que tuis cōtingūt icurijs alijs nō imputes

nō prudens bona tua ſed libidine et ſenſualitate
**Cū ſis incautus. nec rem ratione gubernas**
in cauſa aduerſam
**Noli fortunā. q̄ non eſt dicere cecā.**

Si inſipientie nubilo obſcuratus: aut pdigalitatis ſu
perfluo tabefactus/circumſpectione ſopita: et indiſcretio‑
nis mancipio aurigante: in eclipſim rei familiaris incidas
paupertatis feriente baculo: aut alijs varijs impellaris ca
ſibus euentuum ſiniſtrorum: nō fortune ſeuientis iniuriā/
lingue loquacis aculeo ſtudeas accuſare. ne quid tuis de‑
meritoꝝ ſtudijs racionabiliter experieris in alterius com
miſſum imputes. legem ſtatuens fatuam et iniquam No‑
li fortunam que non eſt dicere cecam Vn̄ nouus catho.
Si male res ſeruas ſi pdas rurſus aceruas
Fortune feras nequeas offerre querelas

## De pecuniarū acquiſicōe et retēcōe moderata

ad ſuſtentandā familiā et ſubleuandā inopiā pulchritudinē denarij
**Dilige denariū ſed parce dilige formā.**
formā denarij ex cupiditate
**Quā nemo ſanctus nec honeſtus optat habere**

Licet hūane legis cōſideratione pmittēte: mutue cō‑
municatōnis neceſſitate pēſata pecuniaꝝ vſibꝰ ad ſubleuā
dā familiaꝝ neceſſitatis inopiā: ſiue nota criminis inſiſta‑
mus: ipaꝝ tn̄ ſupflue acquiſitionis ambitū. aut cupide re‑
tētionis aceruū vtus exhorret/ honeſtas abicit Et hāc ha

bendi libidinem cōpellitur omne ſanctitatis collegiū a ſue ſtationis terminis deterrere Quam nemo ſanctus nec honeſtus cupit habere Vnde nouus catho
Pro ſpecie nullū ſed parce dilige nūmū
Quē nec optauit ſapiens nec honeſtus amauit

## Ne miſer viuas cū ſis diues.

loculos plenos hn̄s ꝓpter ſanitatē ſeruandā vel recupandā
Cū fueris locuples corpus curare memento
egrotus exn̄s in archa in vſu et corpis curatione
Eger diues habet nūmū ſed non habet illum.

Si gaze vberioris donario tibi fortune benignoris concurſus applaudeat: fortuita naturalibus non ꝑponas. et ſi diſcraſie naturalis media corporea moles langUerit: pecunialis ſumptus voluntariū prebeat fulſimentū. Nā farſitis marſubijs et degenti corpori negantibus alimēta: diuitiarū poſſeſſio in detrimentū poſſidentis aſſcribitur aſfutura: totius miſerie incremento Cū fueris locuples corpus curare memento Vnde nouus catho
Cū locuples fueris corpus curare ſtudebis
Se male cuſtodit diues quem copia ꝑdit

## De diſcipulorū longanimitate

pateris tu ſtudens amore ſtudij
Perbera cū tuleris diſcens aliqñ magiſtri
.i. parentis preceptū reuerenter obediendo
Fer patris imperiū cū verbis exit in iram

Si ante pubertatis tempora pedagogo inſtructori manus prebniſti docibiles: mores gerens obedientie magiſtrali: ſatis amplius te paternis imperijs obtemperare cōuenit. et quotiens iracūdie feruore pater ſuccenſus: ſtomachātis voces ediderit: offerre patientie lenitatē opus ē ne paterne reuerentie timore contempto: vitam ducas ple

nam ob ꝓbrijs et deliram Fer patris imperiū cum verbis
exit in iram Unde nouus catho
Si fers doctorē diſcendi ꝓpter amorē.
Et reprehendentē debes tollerare parentem.

## De vtilibus exerciciȷ̈s pagendis.

.i. vtilitatē afferūt res.
Res age q̄ ꝓſunt rurſus ꝙ vitare memento
rebus in via moꝝ vel ſciāꝝ .i. premij
In quibus error ineſt. et ſpes incerta laboris

Cōſiderato volubili humane mutabilitatis excurſu non tam fatuū ꝙ furioſum credit̄: inutilib⁹ ac ſupfluis negocijs occupari Nā et ſi multa luſtrorū ſpacia nobis relinqueret diuinitas: arduis tamē et magnificis ſtudijs implicari deberent. Eya igit̄ hec exercitia deſere: illa relinque ſtudia. que fatigationis plurimū ac ſollicitudinis molem afferunt. et nullam pretendunt confidentiā ſapientie ac v̄tutis In quibus error ineſt nec ſpes ē certa ſalutis Preclare id nos monet Cicero Hoc viciū nobis vitandū eſt: ne nimis magnū ſtudiū/ multāq; operam: in res obſcuras difficiles et non neceſſarias conferamus

## De gratificantibus donationibus.

dare l' ꝯcedere ſine damno indigenti
Quod preſtare potes gratis cōcede roganti.
et nō malis .i. vbi et qn̄
Nam bene feciſſe bonis in tempore lucroſum eſt.

Si benificentie munus gratuitum: aut aliud quodlibet liberalitatis officium offerre poteris: gratum et exorabilem te exhibere diffinias ſupplicanti Si tamen merita ſupplicantis hoc exigant. Juſtis quidē peticionib⁹ gratum prebuiſſe fauorem. et meritorū ſtipendio alienas releuaſſe miſerias: a recte ſapientib⁹ creditur virtuoſum Nā

recte feciſſe bonis in parte lucroſum eſt Vñ nouus catho
Quod vis preſtare gratis nolito rogari.
Nam bona facta dari bonis putat eſſe lucrari

## De dubietatis inquiſicione.

dubiũ eſt an vtile vel inutile inquire
Quod tibi ſuſpectũ confeſtim diſcute quid ſit.
indiſcuſſa
Namqꝫ ſolent primo q̃ ſunt neglecta nocere

Si in quibuſlibet deliberandis actibus: agendis negocijs/ſeu etiam precauendis rõnis ſuſpendens iudicium tibi ſcrupulũ dubietatis immerſerit: quantotius ſine diſſimulationis continentia: deducas ad ſcrutinium veritatis. Experientia quidem docente cognouimus: ꝙ ſicut interſticiũ nubiloſi aeris futurarum ymbrium predicat vbertatem. ſic inepte ꝑplexitatis diſſimulatio ruinoſa: in voraginem deſperationis inducens/et cautelam excludẽs: remedij ſolet efficatius mẽtis conſtantiã deterrere Namqꝫ ſolent primo q̃ ſunt neglecta nocere Vnde nouus catho
Queſtio debetur cũ res ſuſpecta videtur.
Namqꝫ ſcio vere ſolent indiſcuſſa nocere.

## De veneris et gule declinatione

libidinis deteſtanda delectatio
Cũ te detineat veneris damnoſa voluptas
operã dare gula fautrix
Indulgere gule noli q̃ ventris amica eſt

Si abiectis temperantie frenis: veneree voluptatis obſequijs ſtipendiarie militans diligenter aſſiſtas: nõ ſolum impudenter/ſed etiam imprudenter: nec a tante feditatis ceno mentis aciem ſolerter aduertas: hanc medice opitulationis ſuſcipias curaturã: vt bacho et ferculis/tãto

moderationis federe cōiungaris vt nullus in alterutrum preſumat ciuilis velli rabiem inflammare. Si enim inſaciabili veneris abiſſo: non ad licitum ſed ad libitum precipitanter indulſeris: prepoſterata ciuilitatis policia: ſenſualitatis temeritas domicilium rōnis obruet. que cenſet virtutis aduerſaria et humani federis inimica Indulgere gule noli que ventris amica eſt Vnde nouus catho.

Quē nimiū tangit venus quē fortiter angit
Non tradat ventri q̄ vult gula cuncta volenti

## Deus hominē mirifice inſigniuit.

in aiō tuo   in quibus robur inſidie feritatio
Cū tibi preponas animalia cuncta timere
ꝓpter ingeniū et prudentiā
Vnū precipio hominē plus eſſe timendū

Nature create ſapientiſſimus architectus: et ſi virtuales operationū ſpecies multiplici varietate diſcretas/ rebus creatis indidit: dū tauros armauit robore/elephātes magnitudine/velocitate tigrides/ et diſcolori varietate pauones Bonū tamen ampliori largitatis beneficio gratanter arriſit. quia ſi nō corporis mole aut viriū robore ꝑmatū gerit in omnib⁹: arte tamen et ſapientia ſingulis generū/et generibus ſingulorū/vehementer preſidet. queq3 ōnia viuentia merito ſibi conſtituunt formidandū. Vnū precipio hominē plus eſſe timendū Vnde nouus catho

Maximus eſt error cui ſunt animalia terror
Sit tibi maioris nō eſt homo cauſa timoris

## Vires ad opus porrige

vt ſis robuſtus   .i. robora
Cū tibi prevalide fuerint in corpore vires

.i.cū illo labore ſis ſapiens fortitudo eſt vtus regulata prudentia

**Fac ſapias animo. ſic poteris vir fortis haberi**

Cum virum preſtantia te gratum nature munus dotauerit: vt emineat euidentius largitas donatoris: Hanc interdū expedit ad publice cognitionis monumēta deducere. et conceſſarum virium magnitudine experientijs validis exerceri Fac ſapias ſic tu poteris vir fortis haberi. Vnde Salomon Melior eſt vir ſapiens viro forti.

## Amicorū adiutoriū requiras

.i.amicis tuis aliqua triſticia vel aduerſitate

**Auxiliū a notis petito ſi forte laboras**

remediator et cōſolator

**Nec quiſquā melior medicus quā fidus amicus**

Si extreme paupertatis circonceptus exterminio: aut dire pſecutionis gladio conturberis: fidelium amicorum ſuffragia/intrepida voluntate requiras: de amicitie certitudine recepturus experientiam. et a deſolationis inedia releuationis patricinium habiturus. nullus enim archigenes medendis corporibus ſit preſtantior: ꝙ tibi eſt omni genere obſequiorum is: qui legali copulatur amicitia. niſi fictus fuerit et oblitus Nec quiſꝙ melior medicus ꝙ fidꝰ amicus Vnde nouus catho.

Notos implores fili ſi patiendo labores
Hoc ideo medicus dico quis maior amicus

## Alterius mortem nequaquā cupias

tu peccans deū offendens vt aries taurus

**Cū ſis ipſe nocens. moritur cur victima pro te**

tuam

**Stultū eſt in mortem alterius ferre ſalutem.**

Si noſtre fragilitatis delinquentias: et noſtre tranſ-
greſſionis crimina ꝑpendamus: ſeueritatis gladium/quo
alienum deſideramus excidium/faciliter ſuſpendemus.
Non enim vacat a ſtoliditatis ſcrupulo nequam crudeli-
tas: que aliene mortis cupit ꝑniciem. vt augmentũ gracie
ꝑficiat et virtutem. Nam ſtultum eſt in mortem alterius
ſperare ſalutem Vnde nouus catho
Quem mors damnabit eũ nulla dona beabunt.
Qualiter ergo malis ſuccurrat mors animalis

## De fideli ſocietate

fidelem
Cũ tibi vel ſociũ vel fidũ queris amicũ.
rerũ affluentia honeſta
Non tibi fortuna hominis ſed vita petenda eſt

Si ſodalicij iuris amica contubernia: aut amicitie te
nacis fedora/cum quolibet hominum volueris copulare:
non in parentele purpura/aut fortuna proſperioris copia:
ſed in morum ſublimi affluentia: gades tue confederatio-
nis ſtabilias vſquequaqȝ. Non enim fortune donarijs
ſtabilitur amicitia perſeuerans. ſed ſapiẽtia et virtutibꝰ.
quarum adeptio naturalibꝰ ſupereminet: et multomagis
fortune fallacijs preferenda Non tibi fortuna hominis ẽ
ſed vita petenda Vnde nouus catho
Si quis amicari vult et ſe ſociari.
Non fortunã tantũ temtet ſed more btiñ.

## Poſſeſſiones ad vſum deducas

bonis acquiſitis qḋ eſt ocioſum.
Vtere queſitis opibus fuge nomen auari.
quo ad poſſeſſionẽ quo ad vſum bonorũ
Quid tibi diuitie proſunt ſi pauꝑ habundas

¶ Fugare ꝓfuſioris benificio potitus fueris: largiflue diſpenſationis officia non recuſes. ne ſepultis opibus deteſtabile cupiditatis nomen ſubeas: et turpis ignominie detrimentū ¶ Quid enim proficit promptuaria liquoris penetralia nūmiſmatibus: et horrea compleri leguminibꝫ dum horum poſſeſſor tetra cecitatis offuſcatus caligine: ⁊ auaritie vinculis irretitus inter copias eſurit. et ſitibūdus moritur inter vndas? ¶ Quid tibi diuitie ꝓſunt ſi pauper habundas ¶ Vnde quidam

Fungere tu lucro precendo nomen auari
Nec tibi ſit carus cenſus quē ſeruat auarus

## ¶ De fama acquirenda

bonū nomen — donec vixeris
Si famā ſeruare cupis dum viuis honeſtam
ex toto corde — infames voluptates
Fac fugias animo que ſunt mala gaudia vite.

¶ Fame decus magnificum/ humane dignitati veneracionis offerens condimentum: nullis ſtudiorū exercicijs efficatius acquiritur: ac gumphis ſolidioribus retinetur: ꝙ ſpretis cenoſe voluptatis illecebris: aut contagioſe ſtoliditatis vicijs: rationis aurigatus curticulo/ omnem impetum ꝓprie voluntatis abhorreas. et honeſta conuerſationis ſtudia conſecteris. ne forſan ſiniſtris cācellatus rumoribus: dum alta fame faſtigia conaris aſcēdere: in infamie foueam precipitatus incidas et inuite. Fac fugias animo que ſunt mala gaudia vite ¶ Vnde quidam.

Omnia ſi ꝑoes famā ſeruare memento
Qua ſemel amiſſa nunꝙ reuocatur in vna

## ¶ De honore ſenectutis

.i.qñ tu ſis ſapiens .i.ſenē deficientem
Cum ſapias animo noli irridere ſenectam
modica puerilis
Nam quocūqꝫ ſene ſenſus puerilis in illo
Niſi ab orbita compoſite morigerationis aberres: annis ſenilibus ſemꝑ exiſtimes deferendū.et abiecto deriſionis iaculo: ꝑpenſioris reuerentie obſequijs reuereris. vt ꝑprij caſus tui futuri nō immemor:iugo videlicet ſenectutis prebiturus ceruicem:vel iuuentutis diſpendio moriturus.nec damnoſa pigrities frequenter rationis viduata moderamine:ad ydeotiam puerilitatis accedat.et tunc eciam cōmunia iocoſitatis ſolatia deteſtatur et horret/animo non tranquillo. Nam quocunqꝫ ſene:ſenſus puerilis in illo Vnde nouus catho
Optatū ſeniū dum venerit eſt benedictā.
Cūqꝫ ſenes faciunt puerilia tunc quoqꝫ ſiunt.
In factis pueri ſtulti qꝫ tenentur haberi

## De vtilitate artis et ſcientie

artē liberalē vel lucratiuā
Diſce aliquid nā cū ſubito fortuna recedit
cui⁹ fortuna nō eſt dn̄a
Ars remanet vitam hominis nō deſerit vnquā
Humane ꝑfectionis ymaginata perfectio:nō corporei decoris terminatur effigie.non honoris immēſitate fulſitur.non diuitiarum pondere ſtabilitur: Sed ſtudioſi laboris retenta ſolertia:in hanc artem ſapientie promouens ad terminos ſue concupiſcentie virtualis inducit. Hāc ergo continue exercitationis peritiam prouida ſedulitate ſequens:vt ſapientie matris thalamos exercitacionis laurea coronatus introeas.deſerens beſtialem ignorantie ſemitā ſordidam et iniquā Ars remanet vitamqꝫ hominis non deſerit vnꝗ̄ Vnde nouus catho

Artem ſecteris q̄uis opulentus haberis
Ars manet et durat fortuna recedere curat.

## Audi vide tace.

Audi vide tace ſi tu vis viuere pace
Proſpicito cuncta tacitus q̄ quiſqꝫ loquatur.
qm̄ ex habundantia cordis os loquitur manifeſtat
Sermo hominū mores celat et indicat idem

Circūſpectionis moderata temperies: ex minimis magna/et partibus tota/et ex indiuiduis genera comprehendit. Dū ergo inter quoſlibet filiorū adam te adeſſe contigerit: quorū ſermonū ineptias accepta pacientie cautela moderanter attende. alieni ſermonis immoderantiā prudenti diſſimulatione pretereas. ne quandoqꝫ/vt ayt ſalamon/iuxta ſtulticiam ſuam reſpondens fatuo ſimilis videaris eidem. Sermonum mores celat et indicat idem. Vnde nouus catho
Alterius verba tacito moderamine ſerua
Verba q̄ celant mores eadē qꝫ reuelant

## De exerciciorū habituatione

illā recolendo et ad alias tendendo .i. bn̄ doctus fueris
Exerce ſtudiū quāuis perceperis artem
.i. diligentia ad artes liberales ad artes manuales
Et cura ingeniū ſic et manus adiuuat vſum

Si ſubtilioris vene fueris igenio ſublimatus: ſi multis ſtudiorū exercicijs agitatus: Si demū celū vertice pulſans genoſophiſtarū numero fueris aggregatus: non ob hoc quāuis ex preſumptionis audatia te ꝑfectū exiſtimes aut nullius exercitacionis ſtudio indigentem. vtriuſqꝫ ne hominis precipitanter in lapſum corruat: qd̄ multis laboribus antea fuit acquiſitū. Sicut eñ manuale artificiū

realis operationis frequentatione ꝓficitur: Sic ſapientia lis diſciplina lucerna/crebre meditacōis lugubratione ful- citur. ⁊ ꝑnegligentie pigritantis ignauia inſperate corruit in deluſum Ut cura ingenium ſic et manus adiuuat vſum Unde nouus catho

Senſus curando creſcat vſus operando.
Sedulus artificem iuuat vſus cura legentem
Et ſtudeas plus te q̄uis ſis fructus in arte

## In vite delicijs nil confidas

futurc mortis
Multū venturi nec cures tempora fati
tꝑalem mundanā
Non metuit mortē qui ſcit contemnere vitam

Si fortitudinis armatura munitus/et conſtantie ba ſibus fueris ſtabilitus:a fatalis vite timore meticuloſe ſol- licitudinis intuitū diligēter aduertas Iſta quidē inceſſa- bilis excruciatio humane nature aduerſaria:tā q̄ tinea/ſa- nitatis hoſpitē ſuū anxietatis poteſtas:ab initio multipli- ci fatigatione corrodit. Ad ardua virtutū igitur ſi ſapiē- ter aſcēderis:inter vite delitias et humane mortis anguſ- tias:nullā diuiſionis facies ſectionē Si poſſidendo terre- na iam celeſtis animo mūdane rei voluptatē legeris:et tā- dem debitum mortis exſoluēs:eo libentius exeas quo de exilio in patriā reuerteris.mortē in hoc exhibens volunta riam non inuitam Non metuit mortem qui ſcit contemne re vitam Unde quidam

Mors iuuenes rapit atq; ſenes nulli miſerendo
Mors equat legē rapiens cū paupere regem

## De ſcientie ꝑmutacione

ſapientibus .i.tu ipe doctus
Diſce ſed a doctis.indoctos ipē doceto

cōicanda et nō occultanda bonarū artiū

**Propaganda etenim eſt. rerū doctrina bonarū**

In quacūqȝ hōim verſeris frequentia: hanc eruditionis ſtudioſe regulā mente et opere ꝓſequaris: vt ab hijs quos virtutū nutrix ſapientia habundantiorihꝰ ſui lactis potauit edulijs: inſaciabile deſideriū doctrine ſalutaris aſſumas. jta tamē ꝙ quicq̄d in huiꝰ exercitacionis ſcrutinio ſine fictione didiceris: cōmunicato labore transferre in ceteros nō poſtponas. Nichil enim ad ſalutē vtilius: nec bonis moribus eque ꝑtinenter ac cōmodū: qm̄ prudentie riuos/aut ſapientie fluuios: in ſubiecta plurima gratuita liberalitate transferre. hec eſt enim inſtitutio mentiū optimarū Propagāda etem̄ eſt rerū doctrina bonaꝝ Vn̄ dicit ꝑſius Scire tuū nichil eſt niſi te ſcire hoc ſciat alter Si ponatur tuū loco te ſeruit ad ꝓpoſitū noſtrū

## De temperantia circa potum

nō vltra appetitū corꝑe et mente

**Hoc bibe ꝙ poſſis. ſi tu vis viuere ſanus.**

ergo abſtinentia eſt ſumma medicina exceſſus vel ebrietas

**Morbi namqȝ mali. cauſa eſt quecūqȝ voluptas.**

Sobrietatis menſura contentus: caſtrimergie nauſeam et ebrietatis procures diluuiū amputare. Poſtq̄ enim tirannico iure/aut verius iniuria hec peſtilentia corpus obſederit: omne virtutis collegium abiicit et ꝓpellit nec minus corporalis motus temperiem: ad varias egritudinū paſſiones inducit. felliti doloris aculeos ſb̄ melle momentanee delectationis abſcondit. arridens vt derideat/ congaudens vt decipiat: quaſi hamū cibo operit. et melle attonico eſcas contegit acutas Morbi namqȝ mali cauſa eſt quecunqȝ voluptas Vnde nouus catho

Vt ſanior eſſe potes viciū raro quoqȝ potes
Dat penas multas exoptata qȝ voluptas.

## De cautela cõtrarietatis

ꝑ laudaueris publice ꝓbaueris
Laudaris quicũq; palam qðcunq; ꝓbaris.
laudatũ caue vituperes
Hoc vide ne rurſus leuitatis crimine damnes

Si moralis ſenece documenta dulciſona/vigili meditacione perquiras: in laude vel vituperio humanarũ pſonarum/vel actuum non excedes. vt ne quẽq; exceſſis laudib⁹ efferas: quod videtur adulationi proximum. nec exceſſiue redargutionis pungas aculeo: quod a detractione maliuola non creditur alienum. Si tamen quempiam palam pluribus aliquotiens extuleris: ſeu etiã acerba momordeeris inuectiua: in aſſertiones oppoſitas nũq; ſermonis habena viſus fueris intorquere. ſi duplicitatis vocabulum et honeſtatis titulos ſanos manutenere volueris et indemnes. Hoc vide ne rurſus leuitatis crimine damnes.
Vnde nouus catho
Si quis damnabit q; prius ante ꝓbauit
Talis laudator leuitatis habetur amator

## Tpe felici memẽto futuri aduerſi et ecõtra

.i. pſperis ſp.tuis exiſtentibus illa
Tranquillis rebus. q̄ ſunt aduerſa caueto
in aduerſitate pſperitatẽ ecõtrario
Rebus in aduerſis melius ſperare memento

Si ſocratis cathonis ac diogenis actus magnificos imiteris: innixus validioris muro ↄſtãtie: fortune ſeuiẽtis impetus nõ horreſcas. ſ; q̃i tetragonus ſp ↄſtitutus in ſolido: nulla alterationis ineptia: aut ſupuenientis adũſitatis nubilo ĩexpugnabile caſtrũ fortitudis obruet̃. Sapiẽs equidẽ ↄſtitutus in pſpis: nullo cõfidẽtie tumore ſuſtollit̃

dum lubricū facilitatis humane prudēter aduertit.nec repentinis inſultib⁹ aduerſitatis frangitur.nec duce cōfidēcia quibus extimat habiturū:et ſic a ſuo vallo ꝯſtantie nullis deteretur euentibus.nulla tempeſtatis iniuria neqꝫ vēto Rurſus in aduerſis melius ſperare memēto Vñ no.ca.
Rebus tranſquillis metuas aduerſa ſub illis.
Rurſus in aduerſis melius ſperare ſupſis

## De ſapientie nobilitate

.i.ne vaces turpi ocio .i.diligentia et ſtudio
**Diſcere ne ceſſes cura ſapientia creſcit**
qm̄ ars ſemp creſcit et vita decreſcit
**Raro datur longo prudentia temporis vſu.**

Semitam rōnis ſi introgreſſus humane mētis ingenuitatem attenderis:nullis obſequiorū functionibus:nullius exacte diligentie ſtipendijs:poterit ad equalitatis debitum ipſius magnificentie reſpōderi Ipa quidem natione celeſtis/et eterni regis filia.terrenis non delectatᷣ affectibus.ſed omnes ſcorias humane feditatis abhorrēs:iuxta ſalomonis ſētenciam ſue dignitatis ſolium in altiſſimis ſtabiliuit.vt igitur eidem debito familiaritatis obſequio ſubſeruias.tue conſiderationis oculos dirigas in ſublime nunc ſcientie vernantis cōquiras.nunc ſapientie chorruſcātis theoreumata.nec precipua actualis exercitatōnis opa habeas.⁊ ſi lōgo operoſe ſollicitudinis ſtudio iſta percegeris:non illico faſtidiat ſtudiū.aut tempeſtiue deſinat ab inceptis:donec in premiſſis nichil agendū reperiat Nam ſapientie puteus ad tantā menſurā ꝓfunditatis attingit:qꝫ eius infima poſſe cōtingere de mendatio conuincitur ⁊ deluſu Raro datur longo prudentia tpis vſu Vñ no.catho
Dicas q̄ neſcis curādo ſcientia creſcit.
Senſus et augetᷣ ſi longior vſus habetur

## Lauda parce vitupera partius

nõ nimiũ amicũ tuũ ſp. illum laudaueris
**Parce laudato nam quẽ tu ſepe ꝓbaris**
tue aduerſitatis qꝛ in neceſſitatis articulo ꝓbat̃ vera dilectio
**Vna dies qualis fuerit monſtrabit amicus.**

¶ Dum fedus amicitie cũ quolibet hominũ te adeptũ putaueris: nullius in eũ fermentate dilectionis incõmoda ſuſpicatus: moderatus tamen laudũ preconijs: et temperata confidentie ſtatera eius laudes conferas. ¶ Nõ em̃ ſeductoria plauſibilitatis allocutio: non ꝓmiſſorie voluntatis impetus: amicitias faciunt eſſe ratas. Parce quidẽ euenit/ vt quẽ cõmendatiori lingua ꝓtuleris: et cui anchoram confidentie confixeris pleniorẽ/ dũ fortune neceſſitatis caſus emerſerit/ ꝑegrinus tibi fiat cõmutatis affectib⁹ et obliquus Vna dies qualis fuerit oſtendit amicus.
Vnde nouus catho.
Nate caue dici nimiũ laudantur amici.
Tempus monſtrabit. te quantũ amicus amabit

## ¶ Neminẽ a quolibet diſcere pudeat

ne verecũderis illa
**Ne pudeat q̄ neſcieris te velle doceri**
ſciã eſt de numero boꝝ hõrabiliũ .i. velle i tñbris ignorãͨ errã ẽ pudor ẽ
**Scire aliquid laus eſt. pudor eſt nil diſcere velle**

¶ Si caliginoſis ignorantie tenebris obuolutus: ſciencie radiãtis lumine te viduatum doleas: nullius pudoris rubore/ aut confuſionis ignominia terrearis: quin doctores conſuleris. cũ ſumma ſedulitatis indagine et biantib⁹ intellectus auribus: inſtructoris ſapientis doctrinã ſuſcipias ſalutarẽ ¶ Quis enim vberius ſtoliditatis pretẽdit infamiã: quis ampliorem portionẽ miſerie alienis p̄mittit obtutibus: ꝙ ſi cecus et ceſpitans ſui itineris ducatũ abijciat᷑ copias ingrata fronte repudiet. aut inſcitie miſeria cathenatus liberatorẽ reſpuens: pertinaci animo malit ꝑpe

tuis ſue cecitatis carceribus detineri: Scire aliquid laus eſt pudor eſt nil velle doceri Unde nouus catho
Ne pudeat queri qui neſcit arte doceri
Qui ſcit laudatur qui neſcit vituperatur

## Fecundi calices quē nō fecere diſertū

.i. in actu venereo et in potādo vino. eſt voluptas. ſed illā ſequūt lites. nā multi ꝓpter luxuriā et ebrietatē perierunt.

**Cū venere et bacho lis eſt coniuncta voluptas**

.i. q̄ delcābilia ꝛ laudabilia ſt aī nr̄i accepta illō ſp̄. et voluptaˢ corpis

**Quod lautum eſt animo cōplectere. ſed fuge lites.**

Nullū humane rōnis vinculū reperitur euidentius: aut potentius experitur: q̄ꝫ fecundis calicibus/et lenocinā tis veneris ſtipendijs militare. Nox eſtuante flamma libidinis: omne virtutis ſeminarū diſſipatur Hinc belloꝝ ſtrages ꝓdeunt. hinc iurgiorū obꝓbria: hinc confuſio et ignominia nutritia feditatis Hec igitur animo victore cō culcans: mediocri parcitate contentus: cypridis diſcipulā et bachi nauſeantem crapulā/quam nunq̄ꝫ comitatur feli-citas/effugies et euites Quod lautū eſt animo complecte re ſed fuge lites Unde nouus catho
Bachus frigeſcit venus ſed ip̄a caleſcit
Litigiū vita cū res ſit honeſta petita.

## De ſimulatoribus fugiendis

nimiū humiles declinare et fugere.

**Dimiſſos animo tacitos q̄ꝫ vitare memento**

loco tranquillū ſine impetu .i. ꝓfundior

**Quo flumen eſt placidū. forſan latet altior vnda**

Iuxta cuiuſdā ſapientis ſententiā homo inter cūcta animātia eſt voluptate varius. ꝛ affectione diuſus Scrip ture enim teſtimonio inſcrutabile ē cor hominis quis cog-noſcet illud: Non igitur ex ſignis exterioribus/que fre

quenter mendaciū cōmentantur/interioris hominis ſecre
ciora latibula ꝑpendunt̃ Perfacile enim eſt inter homiēs
reꝑire: qui muliebri more bleſis et fractis ſermonibꝫ v̄ba
deꝓmunt. ſuſpirātes frequētius et ſophiſtice laudis oleū
ꝓpinantes/vultu applaudentes virgineo Sed dū nocen
di tempus aduenerit: mordacem ſcorpionis aculeū reſer-
uantes. Et hij quidem tanto ſunt cauendi diligētius:
et tota mentis induſtria prouidendi: quanto laqueos fac-
tionis deceptiorie ſub dulciloquio cunctis contingunt: cō
ſcientia fetida et immunda Quo flumen eſt placidum for
ſan latet altior vnda Vnde nouus catho
Fac vt deuites ſub falſo pectore mites
Nec credas vndam placidā non eſſe ꝓfundā

## Aliorū diſfortunijs te pacifica

.ſ. mala vel aduerſitas

**Cū tibi diſpliceat rerū fortuna tuarū**

hōis ꝯſidera hōie infortunia ignobilior

**Alterius ſpecta quo ſis diſcrimine peior**

Cū ſolita fortune rabies: te toruis conſpectans ocu-
lis/in ꝑſona ſeu peculio inſperatū deferat nocumētum: nō
ob hoc vllius mentis conſtantia: in abiſſum deſolationis
incidat. ſed fortune melioris gratulatione retenta: vberio
ris euentus preſagiat incrementum. Et vt ꝓprie incō-
moditatis diſpendia/moderantius ſuſtineat. alieni caſus
miſerabilitate penſata: ſue cognitionis oculis diligēter o-
bijciat peſtiferos ꝓximorū caſualitatis euentus. ⁊ tunc ex
alienis periculis effectus cautior/ꝓpria paruipendet diſ-
crimina. cū in fortuite cōflictationis acie/magnus ꝓximo-
rū numerus: equalis tibi fuerit. ſiue maior Alterius ſpec-
ta quo ſis diſcrimina peior Vnde nouus catho
Non contriſtaris ſi rerū damna ſequaris
Hij te ſequūtur qui peiores habere vident̃

## Tutiora ſemꝑ eligito

.i.opus aggredere ꝓ viribus tuis .i.nauigare circa litus et terrã
**Nõ potes id tempta nam litus carpere remis.**
ſecurius nauis .i.extendere ꝓfundũ
**Tutius eſt multũ: quã velũ tendere in altũ**

Hec duo/ eandẽ habent ſentenciã. cũ illis ſupraposi-
tis Quod potes id tẽta opis ne pondere preſſus Succũ-
bat labor ꝛc Niſi ꝙ id hoc in loco Catho noſter ꝑ metha
phoram de naue ꝓbat. Nauis enim ab inexꝑto ſecurius
circa litus remis ducitur: ꝙ̄ velo ventis dato/ in alto mari
ꝑicliretur Nemo igit̄ materias agendas ſupra vires aſſu
mat quas ſua ꝓhibente ignorantia debito fine terminare
non poſſet. Hoc idẽ preclare dicit Oratius Sumite mate
riam veſtris qui ſcribitis equã. Viribus: et verſate diu q̄d
ferre recuſent Quid valeant humeri. ꝛc Vñ nouus catho
Illud temptabis ſi tuo poſſe putabis
Tutius eſt prorã ſuꝑ equoris adire terrã

## Contra virtuoſos nõ inſultes

ꝓbũ et honeſtũ litigare malicioſe
**Contra hominẽ iuſtũ noli cõtendere praue**
quia iiurias iiuſte illatas vindicat
**Semꝑ etenim deus iniuſtas vlciſcitur iras**

Cum in rebus creatis multiplicibꝰ reſultet veſtigiũ
creatoris Juxta apoſtolũ Inuiſibilia dei a creaturarum
ſpecie cognoſcantur In nullo tamen euidentius agnoſci-
tur/ clarius attẽditur/ aut manifeſtius ſpeculatur/ bonitas
creatoris: ꝙ̄ in viro polimito iuſticia: et virtutũ ſcematibꝰ
adornato Huius contuberniũ vir ſapiens omnibus p̄po-
net diuicijs. gratiſſime familiaritatis obſequio cõmunica
to. Contra hunc effrenate lingue ꝓcacitas: iurgiorũ ve
nena non euomat. cachinnos irriſionis non inferat contu-

melia℞ nō excutiat tēpeſtates. Taliū enim qui cōuerſa cione diuini ſē: et vite claritate celeſtes/tꝙ iniurias ꝓpas ōnipotēs diſtricta ſeueritate: cohercet inferēs penas mul tiplices atqꝫ miras Nā deus iniuſtas ſemꝑ vlciſcit̄ iras Vnde nouus catho.

Multū deliras ſi iuſto porrigis iras
Irā non iuſtā dn̄s non mittit invltam.

## De longanimitate in aduerſīs

.i. damnū ex ꝑiculo maris qn̄ bona ꝓijciuntur in mare
Eſt iactura grauis q̄ ſunt amittere damnis
.ſ. pdere ſua ꝓ amico vel ꝓ republica vel ꝓ ſaluacione vite
Sunt quedā que ferre decet pacienter amicū

Licet multiplici incōmoditatis diſcrimini hūana ꝓ pago ſubiaceat: et ſecundū vtrūqꝫ hominē frequentius ac multipliciter affligat̄: ſpeciali tn̄ ꝓrogatiua moleſtie ꝯtur bat̄ acerbius/et vehemētius anxiatur: dū amici fidelis ex perit̄ apocapā. cui⁹ damni ꝑniciē/nullo p̄t iteracionis bn̄ ficio reparare In qua tn̄ deſolationis moleſtia ſic lōgani mitate fungendū eſt: ſic animis virilibꝫ inſiſtendū: vt lōge ua doloris amaritudo nō mordeat ſuꝑ hijs: que indicit na turalis ꝯditio/et diuine legis ſeries cēſuit adimpleri. qd̄ q̄ dē nō imerito cenſeret̄ temerariū et iniquū. Sunt quedā que ferre licet pacienter amicū Vnde nouus catho.

Non eſt cauſa leuis damnoſe amittere queuis.
Quedā putabis pacienter quiſqꝫ amabis

## De ꝓlixitate vite tue nō confidas

multos annos ſpondere
Tempora longa tue noli ꝓmittere vite
ad quēcūqꝫ locū vadis
Quocūqꝫ egrederis ſequitur mors corꝑis vmbra

Mortalium cunctis nota conditio: ignara pſeuerancie/et impermanencie lubrico conſtituta: longe a ſapientie foribus exulat: et in ſtoliditatis ſuburbio collocatur. ſi lõgeuitatis indutias ſibi ad ꝓprie voluntatis obſequia commẽtetur acceptas. et hac fretus fiducia virtuoſa negligẽs: ac vicioſis inherens/per agrum inſolentie iuuenilis excurrat. Docet quidem natura/ꝛ inſtruit experientia: ꝙ dũ plures future proſperitatis annos: falſigrapha calculatione nobis ꝓmittimus. ꝯceſſos dies ad penitenciã in paſſionum deſiderijs peragentes. extimplo tanꝙ nocturnus fur ſue corporis domũ ꝑfodiens ſupuenit interitus. diuine exacerbationis iudiciũ concomitans aſperũ et inuite Tẽpora longa tibi noli ꝓmittere vite Vnde nouus catho

Non tibi confidas vt longo tempore viuas
Nã quicũꝗ ſapit mors poſt veſtigia vadit. Vñ quidã
Preterit iſte dies neſcitur origo ſecundi
Aut labor aut requies ſic tranſit gloria mundi

## De cultu diuino

deuotꝫ opibꝫ .i. recõcilia te deo .i. ꝓmitte
**Thure deũ placa. vitulũ ſine creſcat aratro**
.i. deus non placatur ꝑ immolacionẽ animaliũ occiſorũ
**Non credas placare deũ dũ cede litatur**

Latrialis reuerentie diuine maieſtati prebiturus honorem: non in victimarũ hoſtijs/aut vitulorum ſanguine vel hircorum: omnipotentis iniuriam pacificatam exiſtimes. quam reuerencialis humilitas/et coutriti cordis oblatio: oracionis legatione premiſſa ſufficienter emollit. Nam etſi lege moyſayca ſacrificiorum libamina: et varie exterioris ſatiſfactionis miſteria: viſa fuerint imperari: in figura tamen contingebat illis. et miſtice interpretacionis preſtolabantur auxilium. que omnia lex gracie plenius ex

bibet ⁊ effatur Ne credas placare deum cum tecla liqua-
tur. Unde nouus catho

Victima ſeruetur dño thus ſacrificetur
Nunq̄ placatur dñs nec cede litatur

## De longanimitate in infortunijs.

ꝓ tpe et loco tu   hōi fortunato   homini
Cede loco leſus fortune cede potenti
inferre damnū   inferre cōmodū
Ledere qui potuit aliqñ prodeſſe valebit.

Multimode pturbationis furijs agitatus: ⁊ ſiniſtrā fortune ſeuioris exptus: nō ob hoc ipacientie gladiū in fortune contumeliā violenter inflectas. quā nullus mortaliū niſi longanimitatis ac pacientie cōſtantia/potuit moderare. Sed dū ſeuientes iracūdie vehementis impetus: in ceci numinis maieſtatē impulerit: tantis colliſus duricijs ꝓprie artis deliramenta cōſequitur. ſue ſtoliditatis gladio repercuſſus. Speret ergo qui metuit. confidat qui leditur. qui opprimitur nō deſperet. quia quibus fortuna auſterioris euentus preſentauit initia: mutabilitatis nō immemor/ex iſperato fines ꝓſperos exhibebit. Ledere qui potuit quandoqꝫ ꝓdeſſe valebit Unde nouus catho

Non vlciſceris tu queuis leſus haberis
Qui ledit temere poterit qñqꝫ valere.

## Teipm̄ corrige de peccatis

deliqueris   ꝓ tali pccō   poſtea
Cū quid peccaris caſtiga te ipm̄ ſubinde
p dolores et penas   pena   infirmitatis tue
Vulnera dum ſanas. dolor eſt medicina doloris

Si fragilitatis humane propellente laſciuia: in foueam cuiuſlibet viciorum incideris: non more aſpidis ſurde

pollicem medicantis abijcias. aut diutina obſtinatione ia
ceas/in tue ſterquilinio feditatis. ymmo magis mētales o-
culos ad lumen ſupne cognitionis erigens: et in teipm vl-
tor iuſtiſſimus cōgruo ſeueritatis medicamine mederi no
ueris. tui veritus leſionem. Sicut enim aſperū plano re
tunditur: et contraria ꝓpelluntur contrarijs: ſic ꝓprie de
lectacionis macula ſatiſfactionis acerbitate compeſcitur/
et pena laboris. Vulnera dum ſana dolorē medicina do
loris Vnde Ouidius.

Vt corpus redimas ferrū patiaris et ignē  Et ezopus.
Ferre minora volo ne grauiora feram

## De antique amicitie cōſeruatione

ꝑ damnabis.
Damnaris nunquā poſt longū tempus amicū
.i. pmas cōfederationes amoris
Mutantem mores ſed pignora prima memento

Quotiens inite amicitie federa/amico ſe habēte de-
teri⁹/erga te ſenſeris claudicare: moderata facilitate ſuſti-
neas: nec in eū ſubite mutacionis impulſu nouellas diſſen
cionis q̄rimonias: aut ſiniſtri rumoris molimina niſus fue
ris ꝓpalare. Que eīn demētior opinio: aut ſophiſticate
rōnis maior abuſus: q̄ꝫ alterius macula volūtarie inq̄nari:
et fidē reuocare preſtitā: moderationis iudicio nō retēto.
Mutauit mores ſed pignora prima memēto Vn̄ quidam
Nichil turpius q̄ꝫ cū illo bellū gerere/cū quo familiariter
vixiſti.

## De humilitate in officijs cuſtodienda

laudabilior ad quod aſſumptus es  magis dilectus hominibꝫ
Gratior officio quo ſis mage carior iſto
.i. merearis habere nomen  .i. inutilis ad officiū.
Ne nomen ſubeas qđ dicitur offici pdi

Hanc prudētie regulam cordis auribus retinere cō-
tēdas: nec ab ipa quouis prepediente negocio ſtudeas re-
ſilire. vt ſi ad queuis publica officiorum miſteria deputa
tus fueris: ſupbie tumeſcentis abiecto rigore: et indebite
dominationis imperio relegato: ſic in ſemita moderatio-
nis incedas: vt nullius ſtomachantis indignationis tue vi
cioſitatis merito/ad iniurias ꝓuoceris. ne cōmiſſum tibi
miniſterium violēter cogaris abijcere. in tui nominis iniu
riam/non ſine infamie nomine et moleſte. Gratior officio
quo ſis mage carior eſto Vnde nouus catho
Officij gratus fias vt ſis adamatus
Supra te dici ne queat officipdi.

## De ſuſpitione precauenda

.i. infamis vel de alio ſuſpicionē hn̄s
Suſpectus caueas. ne ſis miſer omnibus horis
actiue et paſſiue
Namq̧ timidis et ſuſpectis aptiſſima mors eſt.

Vir optimus ſincere ꝯſcientie debriatus aſimo: non
faciliter ad ſuſpicōnis incōmoda: aut ſiniſtre opinionis in
terpretandas verſutias inclinatur. Nam pfecte conſcien
cie hec ꝓprietas cenſetur accepta: vt ſiquidem fame et pro
prie veritatis teſtimonio/ſibimet iudicium phibet: ſic alio
rum diiudicare reatus: et culpandis criminibus inſiſtere
cenſet indignum. Hoc ſiquidem eſt veracis iudicij ſignū
precipuum: ꝙ ſicut ponderatis proprie vicioſitatis deme-
ritis in iudicando ſubſiſtit: ſic non faciliter aliorū demeri-
torum eſtimatione mouetur. nec pro certis dubia recipit ⁊
admittit. nam hec impertinentis nature conditio/et peſſi-
ma ſors eſt. Nam timidis et ſuſpectis aptiſſima mors eſt
Vnde nouus catho.

Suſpectus ſemꝑ non eſt miſer ille libenter
Nam mors apta quidē ſuſpicio conſtat eidē

## De miſeratione circa ſeruos habēda

ad labores loco beſtiarū — in vtilitatē tuā
Cū fueris proprios ſeruos mercatus in vſum
nō beſtias — ſeruos tuos
Si famulos dicas. homines tamen eſſe memento

Jure gentiū quondā ſeruitus introducta: magnam diffidentiā moribus ⁊ diſcrepantiam in humanis actibus induxit. Cū ſiquidē ab initio nata hominū conditio vniformis originis emanatione ꝓdierit: mirande nouitatis preſagio actum eſt: vt vnus libertate polleat/alius vero iugo empticie ſit addictus. Si contingat igitur huiuſmodi mancipiorum famulatu potiri: ſue conditionis miſeriā benigno fauore proſequere. et debita ipſorum famulatus officina contentus: nimie ſeueritatis aculeum non apponas. memoriter retinens/ꝙ nos omnes et ſinguli in mūdane ciuitatis area: ſub eodem principe vario agone contendimus. eiuſdē patriſfamilias ſerui ſumus. qui ſingulas actuum ac cogitacionū noſtrarū drās de ſupernis inſpicit. retributurus penam vel premiū cū ſibi gratum fuerit in momento. Si famulos dicas homines tamen eſſe memento
Vnde nouus catho
Cū ſis mercatus famulos ſeruos qȝ lucratus.
Sunt homines iſti precioſi quos habuiſti

## Ad fortune dona cito manus extende

capienda eſt — oportunitas incipiendi aliquod opus.
Quā primū rapienda tibi occaſio prima
occaſionē iteratā — .i. quā ꝑ negligentia ꝑdidiſti
Ne rurſus queras ꝙ iam nexlexeris ante.

Si humanorũ euentuũ ſedulus explorator: ſi fortu-
ne mutabilitatis fueris indagator Hanc conſultiſſime de
liberationis regulã non abijcias. vt quotiens te grate ꝓſ-
peritatis ſerenus fauor impegerit: elato animo nõ recuſes
memor illius horacij Tu quãcunqꝫ deus tibi fortunauerit
horã Grata ſume manu/ nec dulcia differ in annũ Qui
enim ꝓprie innixus prudẽtie: preſentia negligens/ a poſte
rioribus inchoans/ inſtantis fortune ſtipẽdia ſeducto cor-
de repudiat: iuſte talionis ãnis homo priuat̃ iſte Ne rur
ſus queras que iã neglexeris ip̃e Vnde nouus catho
Quam cito res datur occaſio prima petatur
Ne recordare velis que neglexiſſe videris.

## De diuina correctione malorũ

ſubitania — q̊ videntur mali

**Morte repentina noli gaudere malorũ**

.i. iuſti — qñꝫ ſubita morte

**Felices obeunt quorũ ſine crimine vita eſt**

Diuine ſeueritatis iudicium. e centro diuinitatis ꝓ-
diens: multifarie multiſqꝫ modis ſecundum culparum exi
gentiam corripit criminoſos. dum alios quidem pia miſe-
ratione ſuſtinet. vt pacientia diuine bonitatis allecti/ reci-
piſcãt a criminibꝫ. tandẽ penitentie fructũ adepturi. alios
vero diſtricte ſeueritatis pungit aculeo. dũ aut repentini
interitus animaduerſione ꝑcellit. aut varijs tribulationũ
penurijs arceant̃. diuine ſatiſfiat iuſticie et cũctis cernenti
bus trãſeat in exemplũ Et eoꝝ nichilominus cõſummaci
one terribili: nullius iocũditatis meridies tuis applaudat
affectibus. cũ nonnunq̃ iuſtis ac bene meritis conformis
interitus prebeatur. ſed potius diuinorum iudiciorum ꝓ-
funditate ꝑterritus: affectũ fraterne cõpaſſionis exhibe.

et ad miſerandi refugiū te iudica Felices obeunt quorum
ſine crimine vita Vnde nouus catho
Ad ſubitam mortem prauos veniſſe qꝫ optem
Cecidit iniuſtus necnō ſine crimine iuſtus

## De cōiuge nō facile ſumas mali ſuſpiciū

et nō hēs bona .i.ꝙ ipa ſit ſuſpecta
Cū tibi ſit cōiunx. nec res. nec fama laborat
vitare debes male ſuſpiciū de nōie vxoris tue
Vitandū ducas inimicū nomen amici

Inter ea que in conuictu hominū deducūtur: nichil attemptatꝰ facilius/ nichil frequentius cancellatur: ꝙ iuuenis mulieris intuitus. que niſi artiſſima diſtrictionis cautela: et verecunde circūſpectionis induſtria/ modeſte ꝓuideat: ignominiā infamie nō euadet Si ergo vxoris exꝑtus amplexus: coniugē tuā tam odioſis ſenſeris titulari rumoribus: non illico repentine credulitatis ſpiritū prebeas referenti. quia vt in plurimum muliebris ſexus fragilitas: plus in hac parte laborat infamia/ ꝙ delicto. nec in quēq̄ de amicorū numero funem dilectionis abrumpens: crimē tam nepharie operationis imponas. ꝓpetue hoſtilitatis molimine concitato. nō enim eſt credendū omni ſpiritui. ⁊ ſatius eſt friuole eſtimationis iniurias abijcere: ꝙ ab ipſarum credulitate deuinci. Vitandū ducas inimicū nomen amici Vnde nouus catho
Cū labor incūbat qui rem famā qꝫ remittat
Iunctus ad vxorem illius vitabis amorem

## Nō in ſtudijs nō eſt deſiſtendū

ꝑ laborē ſcire et intelligere
Cū ſtudio tibi cognoſcere multa contingat
adhuc vitabis pius
Fac diſcas multa vita nil diſcere velle

Doctrine ſapientialis fores ingrediens: non facili ꝑ ſcrutacionis induſtria contenteris. nec te in cognitione veritatis exiſtimes: donec nichil tibi remaneat attingendū. Memineris namqꝫ ꝙ tanta eſt ſcientie longitudo/ latitudo/ ſublimitas/ et ꝓfunditas: attingens a fine vſqꝫ ad finem fortiter: ꝙ ſi quiſpiam mortaliū ingenij viuacitate polleret: ſtudiorum exercitio centum luſtra ꝑagens: non ſufficeret ad abiſſum adepte ſciētie penetrare. quinymmo cū conſummauerit homo: tunc incipit. et qui molē giganthie quantitatis aſcendere gloriatur: in pigmee humilitatis athonum relegatur. et quāto plura officio continue ſedulitatis apprehēderit: eo noue inquiſitionis thema reperiet. que intellectualis eſuries nunꝙ̄ poterit cohiberi Fac diſcas multa vita neſcire doceri Vnde nouus catho.

Nemo ſit oblitus cū fuerit valde peritus
Quid plus addiſcat nec diſcere queſo fatiſcat

## Huius opis laudabilis cōcluſio

planis ſermonibꝫ
Miraris nudis verbis me ſcribere verſus
lōga ſolent ſpni gaudent breuitate moderni ſp. me ꝟſus
Hoc breuitas ſenſus fecit coniungere binos

O tu quiſquis opuſculi preſentis ſeriem decurſurus/ auditor beniuolus aduenisti: nō ieiuni ſermonis maciem: ſed adipem ſentencie fecundioris attendas. et ſcriptum recolas: ſimplicitatem fore filiam veritatis Ob hoc enim nude locutionis pauperiem breuitati connexuit. vt a pluribꝰ cognita amplioris fructificationis palmites procrearet. Non igitur in actorem/ liuoris tractus aculeo dēte correctionis inſanias: ſed potius beneficij nō ingratus: ad exhibita donaria diſcretionis oculos adhibeas colūbinos Hec breuitas ſenſus fecit coniungere binos Vn̄ no. catho

Nullus mireris ſi carmen nudū haberis
Mens pauptina coniūxit carmina bina

Hic finē aſpice Cathonis viri moraliſſimi. et in via morū ſane grauiſſimi Cum cōmento fratris Roberti de euromodio monachi Clareuallis Tam vborū ornatu limato: tamq̧ ſentēciarū grauitate preclaro: vt ex jouis cerebro videat̃ emanatū. Impreſſum in oppido mercuriali Antwerpienſi: p me Gerardū leeu: prima die Marcij anni dñi noſtri M cccc lxxxv.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Cpb. 406.

Priſcian
ce Dion
de ſitu


TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
Inches
Centimetres
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black